Confirmatio. Minor patet ex supradictis articulis. Confirmatur quia certificari non poterat ecclesia de damnatione Origenis nisi per spirituale reuelationem de eo factam. sed de tali reuelatione quod fuerit facta nusquam habet meritum ergo &c. Secunda ratio est haec quia si quod est quod persuadeat ecclesiam determinasse de damnatione Origenis sunt quidam textus decretorum: quod hoc uident sonare grosso eos modo interpretantibus. qui tamen cum recte examinant contra eos potius quam pro ipsis faciunt. Sunt autem textus quos afferunt ferme isti. Primo quod di. xy. c. sancta Romana ecclesia. sicut scribit per Gelasium papam. Item Origenis nonnulla opuscula quae uir beatus Hieronymus non repudiat legenda suscipimus. reliqua autem omnia cum auctore suo dicimus esse reuocanda. & c. xxiii. q. iii. c. sane. Item si ad tempora Theophili sanctae memoriae uel superius aliquis recurrerit & Origenem inueniet post mortem anathematizatum: quod et in eo facit & uestra sanctitas. & Iulius religiosissimus antiquus Romae & glo. ibi. Cum iste damnatus fuerit nonne & eius scripta utique extra de haereticis. c. fraternitatis. ibi autem sic scribit. Cum Celestinus atque pelagius in ephesina synodo sint damnati: quomodo poterunt illorum capitula recipi quorum damnantur auctores. Ex istis auctoritatibus credunt aliqui conuinci damnationem animae Origenis ad inferos. Ego autem dico nihil plus haberi per praemissa nisi quod ecclesia & opiniones & dogmata Origeni attributa ut haeretica damnat & ipsum sic ut dogmatizantem damnat & de testatur de damnatione animae eius aut salute nihil penitus intendens. & quod hoc sit uerum patet multis rationibus. Primo quia ad ecclesiam non pertinet damnare animas hominum aut saluare. quia ad illam attinet solummodo qui iudex est uiuentium & mortuorum quare ridiculum est si in decretis legimus. Damnauimus Origenem: exponere. id est animam eius damnauimus damnatione infernali. Et patet etiam euidenter ex modo loquendi ipsius Gelasii qui dicit reliqua opuscula eius cum auctore suo dicimus reuocanda. hoc enim uerbum reuocare nullo modo importare potest id quod ipsi intendunt. sed nihil aliud intendit Papa nisi hoc quod. scilicet non acceptant opuscula eius ut autentica in ecclesia. nec ipse similiter ut probatus doctor & cuius dictis sit credendum in ecclesia recipitur. Quod si et Papa non solum dixisset tenuimus sed et damnauimus nihil esset pro eis quia sic etiam solemus dicere in hoc Scelus damnat Thomam. Herueus Scotum. & sic de reliquis in quibus semper locutionibus de damnatione doctrinae & non animae ex ipso usitato & proprio loquendi modo debemus intelligere.

Secundo

Q V A E S T I O N V M

Secundo arguo eodem nos ex glosa quā ipsi allegāt quā dicit si ipse dānatus nome & eius scripta: Q uero ergo ab istis si fiet haec cōsequētia. Ipsi Origenes est dānatus ergo & eius scripta dānata. quomodo in aīcedēte capitur. ly dānatus si sic capit. i. in sua doctrina nō approbatus. & ut dogmatistes non acceptatus. habeo ppositū. Si autē intelligat dānatus in anima sua infernali dānatione tūc nihil ualet cōsequētia. possibile enim est multos doctores quorū scripta catholica sunt & pro catholiceis quotidie legunt esse in inferno quia stat aliquē in fide nihil errare sed recte sentire de omnibus articulis & tamen esse in alio peccato mortali & in illo decessere. & omnino imptinens est dānatio animae ad dānationē doctrinae. quia illa attendit penes maliciā uolūtatis. Ista autē penes defectū intellectus. Quare nec ualet iste ē in paradiso ergo dicta eius sunt catholica. Nā & Papias est in paradiso & Irenaeus & Victorinus & Cyprianus & multi alii quorū tamen dicta in multis quae nunq̄ reuocasse legunt ut haeretica reprobant. Cōfirmo hoc ex dicto illo ad quē se refert glosa de haeticis extra. c. fraternitatis. ubi dī si Celestinus atq; pelagius in ephesine synodo sunt dānati quō poterūt illa capitula recipi quorū dānant auctores. Certū ē autē q; in illa synodo Celestinus & pelagius nō fuerūt dānati in se. i. in anima sua sed in sua doctrina. tū quia aliter ut dictū est supra dānare homines ecclesia nec cōsueuit nec pōt. tū quia de eo debemus intelligere. sententiātū de quo prius est quāsitū & disputatū. Sed in illa synodo ut ex actis cōcīlii patet nō fuit quāstio utrū animae Celestini & pelagii essent in paradiso uel in inferno. Sed an dicta eorū & dogmata essent catholica an non catholica. Quare & de hoc. de eorū dogmatū ueritate & de auctōrū ipsorum ut sic dogmatizantium approbatione uel reprobatione debemus intelligere sententiātū. Tertiū statū est dicere q; ecclesia determinauerit Origenis animā esse dānatam quia nō sicut cōsueuit ecclesia canonizare aliquos ita etiā cōsueuit dānare. i. sententialiter decernere q; sint in inferno. & ratio quare hoc consueuerit & non illud est quia ad decernendū q; aliquis sit saluus oportet nos certificari q; ille decesserit in gratia cuius rei indicia licet tamen nō certa habere possumus nō ex his quae egit in uita: quia illa nō sufficiūt ex quo dū est in uia semper merendi & demerendi est locus & mutādī se de uno proposito ad aliud. Sed habemus signa post mortē ut sunt miracula uel aliquid simile. Tale autē aliquod signū ex quo dānationē alicuius cōuincamus post mortē alicuius habere q; possumus nō est facile inueniretūmo sine dubio haberi aliud signū nō potest nisi specialis de hoc reuelatio: quae si cōtingeret uel cōtigisset pfecto sicut ecclesia cū aliquē canonizat de miraculis suis testatur & de aliis propter quae mota est ad canonizationē. Ita etiā cū aliquē damnaret specialis reuelationis de hoc factae mētionem faceret: nec temere aut inconsulte sic uideret decernisse. Quod tamen de Origene nulquā narrat ecclesia. Debemus ergo intelligere dānatū Origenē ab ecclesia eo modo quo ex his quae de eo narrat & testat ur uenisse damnādus: Sed de eo nihil aliud narrat nisi q; errauerit i mysteriis fidei. & ad hūc errorē nō sequit̄ absoluta dānatio Origenis in se sed solū in scriptis & in doctrina sua ut patet ex praecedētibus. & sic debemus ipsū iudicare dānatū ab ecclesia & nō aliter. Postq̄ & pertinacē nō fuisse eum cōtra ecclesiae determinationē in illis opinionibus scimus: quia concilia in quibus damnatae fuerūt illae opiniones fuerūt multo post mortē Origenis: patet ex historiis graecis & latinis. Et an impoenitēs etiā illae fuerit scire nullo modo possumus imo uel non scripsisse illas: uel si scripsit poenituisse ex Hieronymo supra pbauimus.

Secunda

Cōfirmatio

Tertia.

De septi-
mo arti-
S. Tho.

Pro septimo articulo dico istā propositionē q̄ non tenet secundū doctrinā Sancti Thomę q̄libet fidelis de necessitate fidei credere illum esse in inferno: quē ecclesia iudicauit & sentētiāuit esse in inferno. Veritas p̄positionis sic deducit̄ q̄a tanta est fides adhibenda ecclesię in damnatione alicuius: quāta est adhibenda in canonizatione sanctorū. Sed dicit Thomas ultimo articulo quolibet noni q̄ sanctos canonizatos ab ecclesia nō tenemur de necessitate fidei credere esse in gloria: sed solum de pietate fidei: ergo & dānatos ab ecclesia nō tenemur necessario credere eē in inferno. sed solū pie sic est credēdū. Fundamentū aut̄ Thomę est q̄a in his tñ tenemur de necessitate salutis ecclesię credere quę ad substantiā fidei p̄tinent. Quia in illis sp̄ritus adueniēs docet eā oēm ueritatē. Vtrū aut̄ anima huius uel illius sit in inferno uel in paradiso nihil attinet ad substantiā fidei. sed tñ quia honor quē sanctis exhibemus quādā p̄fessio fidei est qua sanctorū gloriā credimus. Ideo licet de necessitate salutis ad hoc non teneamur: Pie tñ sic est credendum. Ex hac p̄positione infero ad p̄positū meę cōclusionis q̄ etiā si ecclesia determinasset Origenem esse damnatum adhuc de necessitate fidei catholicę nō tenemur assentire q̄ ita sit. Ex quo patet q̄ etiā si uerū esset quod ipsi cōtra me adducūt: q̄. i. ecclesia oppositum conclusionis meę determinasset adhuc male ab eis iudicatū fuisset q̄ cōclusio mea hæresim saperet. Videant ergo isti magistri q̄ nō recte adhuc si etiā sint uera quę ipsi cōtra me adducūt est determinatū ab eis cōtra meā cōclusionē: & caueant ne notā credenda fidelibus pro sua auctoritate instituanti & ea esse de fide determinent. Audiātq̄ illā phibitionē dñi deutronomii quarto. Non addetis ad uerbū qđ ego loquor uobis. quod dictū nō solū damnat istos qui auctoritate sua noua credenda prioribus superaddant. sed quia etiā catholicam ueritatem pro hæretica refellunt.

QVAESTIO OCTAUA DE LIBERTATE CREDENDI.



Icut nullus præcise sic opinatur quia uult sic opinari: ita nullus credit sic esse uerum præcise quia uult sic credere. Ex hac cōclusionē correlarie infero istā. Non est in libera potestate hoīs credere articulū fidei esse uerū: quādo sibi placet: & credere eū nō esse uerū: quādo sibi placet. Iudica uerūt isti magistri q̄ p̄positio cū suo correlario esset erronea & hæresim sapiens. Ego aut̄ reputo cōclusionē principalē esse nō solū catholicā sed uerissimā & longe ueriorē sua opposita. Et idem dico de correlario sane intellecto:

cuius sensus si secūdū mētē meā accipit̄ nō est aliter accipiēdus q̄ ut sequit̄ ex principali cōclusionē: cuius ponit̄ esse correlariū. Quod aut̄ cōclusio nō solū sit catholica sed etiā sit uerissima: Patet nā pro prima eius parte quę est q̄ nullus opinatur aliquid sic esse præcise: quia uult sic opinari est Aristoteles secūdo de aīa textu commēti. ccliii. ubi Aristoteles ponit differētiā inter imaginationē & opiniōē. & hæc Aristotelis snia nō solū nō ē reprobata sed imo ab oībus nr̄is theologis unanimiter approbata. Secūda aut̄ pars cōclusionis quę est q̄ nullus credit aliqd̄ esse præcise uerū: q̄a uult credere id esse uerū est Augustini in pluribus locis q̄ hoc sæpius dicit q̄ nō pōt̄ aliquis credere ex libero arbitrio. i. ex mero impio uolūtatis sine rōnis p̄suasione aut motiue. & totā cōclusionē meā in qua summarie tenetur ista opinio q̄ p̄posita aliqua p̄pone dubia ad hoc q̄ aliquis eā credat uel discredat nō sufficit mera apprehensio terminorū & merū imperiū uoluntatis. Tenent Petrus de alliacorū

Probatio
conclusio
nis p̄ priā
eius pte.
Aristote.
Probatio
p̄ secūda
Augusti.

Petrus de
alliaco.

Henricus

QVAESTIONVM

Henricus octavus & Henricus de assia. Et quando ego fui Parisius tenebat fere tota
 universitas Parisiensis: compluresque etiam catholici doctores ita habent pro vera ut suam
 oppositam habeant pro impossibili. Immo ego adhuc non legi doctorem contradicentem huic
 opinioni. Correlaria autem propositio non aliter est intelligenda & accipienda quam cum restri-
 ctione vel determinatione posita in antecedente: sic videlicet quod non est in libera potestate
 voluntatis credere articulum fidei esse verum: quandoque placet & credere eum esse falsum
 quando placet. Ita quod non precise ex eo quod voluntati placet ut intellectus credat ipse
 credit nec talis intellectus unius propositi per aliam ei concatenatam est inusitatus: immo
 in scriptura sacra saepe sumitur intellectus litterae per praecedentia vel sequentia quod ma-
 xime in casu nostro debet fieri quia ergo hoc dictum non est in potestate nostra &c. Non po-
 tuit tanquam dictum per se & conclusionem separatam: sed ponitur tanquam correlaria ex praecedenti.
 Quod si non placet eis accipere intellectum praesentis correlariae ex sua principali cui
 ipsa annectitur & concatenatur attendat quod dupliciter dicitur aliquid esse in libertate vel
 in libera potestate voluntatis. Vno modo quia posita apprehensione in intellectu: nullo alio
 actu intellectus requisito in potestate impatiua voluntatis sit ponere actum illum. & sic negatur
 in hac conclusione quod actus credendi in libera est potestate hominis. nec oportet omnem
 actum praeccepti aut meritorium vel demeritorium taliter esse in potestate hominis. ad credendum
 enim non sufficit apprehensio terminorum articuli. sed ultra requiritur persuasio aut reliqua
 ratione probabilis ut allegatum est ex Augustino. Alio modo aliquid dicitur esse in libera potestate
 voluntatis: quia omnibus aliis positis quae requiruntur ad hoc quod ille actus sit potestativus
 voluntatis illum ponere in esse & non ponere. nec ad istum actum necessitat voluntas etiam quibus
 cumque aliis positis. & hoc modo actus credendi articulum est in libera potestate voluntatis iste
 est intellectus correlariae propositi. & ex dictis potestativus quilibet habet intellectum cognos-
 cere quod non bene isti magistri absolute dixerunt illam esse erroneam & haereticam sapere.
 Quod autem probabilis rationabilisque sit opinio illorum doctorum quos ego sequor qui. scilicet dicunt
 ad causandum assensum fidei non sufficit sola apprehensio terminorum cum mero imperio
 voluntatis potest videtur patere non solum auctoritate Augustini multis ut dixi hoc in lo-
 cis affirmatis: sed etiam efficacissimis rationibus. Et primo arguitur sic. Non est in libera
 potestate hominis opinari sic vel sic esse cum vult. ergo non est in libera potestate hominis
 credere sic vel sic esse cum vult. Patet consequentia. Quia si de quo magis videtur inesse
 & non inesse ergo &c. Sed minus est adhuc alicui cum formidine ad oppositum quam sine
 formidine. ergo antecedens est expressum ab Aristotele in. ii. de anima textu commentarii.
 c. liii. & patet per experientiam. quia quilibet in se experitur quod oblata ei proponitur dubia si est ei
 mere dubia ad neutram partem opinandam per assensum inclinatur donec ei nova sup-
 venerit apparatus vel per syllogisticam rationem vel per intuitivam noticiam: vel per testi-
 monium multorum: vel per auctoritatem dicentis vel aliud simile. Secundo sic argui-
 tur non est in potestate hominis libera facere apparere aliquid suo intellectui esse
 verum & facere apparere non esse verum ergo non est in potestate hominis sic vel sic
 credere esse vel non esse verum. Tenet consequentia quia est contradictio aliquem credere
 aliquid & assentiri illi & illud ei non apparere esse verum. Assumptum probatur quia hoc vel
 hoc apparere tale vel tale intellectui est hoc vel hoc taliter vel taliter representari
 intellectui & hoc non potest dependere ex imperio voluntatis: quia hoc praecedit actum volun-
 tatis. Confirmatur quia hoc apparere tale intellectui est quia obiectum quod representatur est tale &
 evidenter vel aliud quicquid sit illud quod id facit credibile vel non credibile est tale & intel-
 lectus est talis. Sed facere obiectum esse tale vel intellectum esse tale non est in arbitrio volun-

Doctores
 quibus co-
 clusio hae
 probatur
 Declaratio
 corre-
 lariae pro-
 positionis.

Duplici-
 ter aliquid
 dicitur esse
 in liberta-
 te vel in li-
 bera pote-
 state volun-
 tatis.

Primo.
 Secundo.

Augustinus
 Arguitur
 primo.

Aristotele.

Secundo

Confirmatio.

APOLOGIA

Tertio

tatis. ergo rem talem uel talem apparere intellectui non est in imperio uoluntatis: Tertio sic arguit. Quotiescunq; est aliqua potentia mere neutra & indifferens ad duos actus secundos oppositos non potest exire in aliquem illos; nisi determinet prius per aliquid quod sit actus primus: uel se habeat loco actus primi respectu alterius illorum actu secundo. Sed ita est quod intellectus est potentia mere neutra & indifferens ad specificationem alicuius actus sui secundi: Ergo ad nullam talem specificationem poterit determinari nisi adueniente aliquo alio quod sit uel actus prius uel se habens loco actus primi respectu talis determinationis. Tunc sub ista ratione assumo istam consequentiam. merus actus uoluntatis non potest se habere ut actus primus respectu specificationis actu intellectus: ergo per imperium solum uoluntatis non poterit intellectus determinari ad talem specificationem. nota est consequentia ex praesumpta ratione. & antecedens patet ex communi sententia doctorum in hoc consentientium. quod licet actus intellectus quo ad exercitium dependeat a uoluntate: non tamen quo ad specificationem. His sic praecipue arguo sic ad propositum. Actus qui est assentire & actus qui est dissentire sunt actus habentes rationes specificas oppositas: ergo ad assensum uel non assensum non poterit determinari intellectus per imperium uoluntatis ergo ad hoc quod aliquis per intellectum credat articulum fidei esse uerum uel non credat non est per hoc praecipue: quia licet uult uel non uult credere sed ex aliquo alio intellectu ex se neutrum ad talis actus specificationem determinante. Quarto sic arguitur ad illud credendum non determinatur homo praecipue per actum uoluntatis de quo interrogatus cur illud crediderit non assignabit praecipuum actum uoluntatis. sed ita est quod interrogatus aliquis cur credat potius christianae fidei quam fidei maumethensium: non assignabit praecipue actum uoluntatis: ergo non per praecipuum actum uoluntatis inclinatus est ille ad credendum. Quod autem non assignetur merus actus uoluntatis patet ex experientia & ex dictis nostrorum theologorum a quibus communiter illa octo allegantur. Cur euangelio debemus credere. scilicet. pronuntiatio prophetica: scripturae concordia: auctoritas scribentium: rationabilitas contentorum: irrationabilitas contentorum: irrationabilitas singulorum errorum: ecclesiae stabilitas: miraculorum claritas. Quinto sic arguit. Quotiescunq; aliqui duo determinantur ad credendum opposita: & quilibet illorum praecipue per hoc determinatur quia uult sic determinari indifferente ad hoc omnino iudicio uel suasionem rationis non potest dici quod rationabilius iste moueat ad credendum quam econtra: Sed datis duobus quorum alter uult credere. a. esse uerum. & alter non uult credere. est dicere hunc uel illum uelle rationabilius & alium irrationabilius. ergo illi ad sic uel sic uelle determinantur: quia praecipue sic uolunt. maior huius rationis est nota. quia ut inquit Albertus in. iii. de anima cum uoluntas sic agit praecipue. quia uult sic agere assimilatur tyranno in cuius actione non quaeritur ratio actus: quia ipsius agere non est secundum rationem agere sed agere pro libito. Minor est manifesta: quia quotidie dicimus maumethistas uel iudeos irrationabiliter in hoc agere quod non credunt & nos rationabiliter agere: quia credimus. quod si causa praecipua quare ego credere ille non crederet esse praecipue: quia ego uelle ille non uellet uterque esset actus tyrannicus uoluntatis & in neutro appareret maior uel minor rationabilitas. Imo & in neutro rationabilitas sed mera potestas & imperium tyrannicum uoluntatis. Et ex dictis in isto argumento patebit istis magistris intellectus breuium uerborum quae dixi in ratione mea de actu tyrannico uoluntatis. Multae aliae possent & per istam opinionem rationes adduci. Sed non est propositi mei hic tractare istas materias & propositas quaestiones discutere: sed solum ostendere determinationem conclusiones meas non esse haereticas: Et licet pro defensione

Quarto

Cur euangelio debemus credere octo a nostris theologis assignari. Albertus

gorum a quibus communiter illa octo allegantur. Cur euangelio debemus credere. scilicet. pronuntiatio prophetica: scripturae concordia: auctoritas scribentium: rationabilitas contentorum: irrationabilitas contentorum: irrationabilitas singulorum errorum: ecclesiae stabilitas: miraculorum claritas. Quinto sic arguit. Quotiescunq; aliqui duo determinantur ad credendum opposita: & quilibet illorum praecipue per hoc determinatur quia uult sic determinari indifferente ad hoc omnino iudicio uel suasionem rationis non potest dici quod rationabilius iste moueat ad credendum quam econtra: Sed datis duobus quorum alter uult credere. a. esse uerum. & alter non uult credere. est dicere hunc uel illum uelle rationabilius & alium irrationabilius. ergo illi ad sic uel sic uelle determinantur: quia praecipue sic uolunt. maior huius rationis est nota. quia ut inquit Albertus in. iii. de anima cum uoluntas sic agit praecipue. quia uult sic agere assimilatur tyranno in cuius actione non quaeritur ratio actus: quia ipsius agere non est secundum rationem agere sed agere pro libito. Minor est manifesta: quia quotidie dicimus maumethistas uel iudeos irrationabiliter in hoc agere quod non credunt & nos rationabiliter agere: quia credimus. quod si causa praecipua quare ego credere ille non crederet esse praecipue: quia ego uelle ille non uellet uterque esset actus tyrannicus uoluntatis & in neutro appareret maior uel minor rationabilitas. Imo & in neutro rationabilitas sed mera potestas & imperium tyrannicum uoluntatis. Et ex dictis in isto argumento patebit istis magistris intellectus breuium uerborum quae dixi in ratione mea de actu tyrannico uoluntatis. Multae aliae possent & per istam opinionem rationes adduci. Sed non est propositi mei hic tractare istas materias & propositas quaestiones discutere: sed solum ostendere determinationem conclusiones meas non esse haereticas: Et licet pro defensione

QVAESTIONVM

fensione cōclufiōis meae ista fufficiant uolo tñ & hoc dicere: q̄ fuit ēt aliq̄s doct̄or
 cuius ego ut de me fatear dānationē in hoc articulo adhuc nūq̄ legi qui simpliciter
 tenuit q̄ actus credēdi nō ēēt liber. hoc. n. assertiue tenuit Robertus olchoth subri-
 lissimus doct̄or ordis pr̄dicatoꝝ in suo primo snias. Et cū arguit q̄ sequeret̄ actū
 credēdi uel nō credēdi nō esse meritoriū aut demeritoriū dicit hāc obiectiōne nul-
 lam eē & friuolā: q̄a nō iō aliq̄s actus est meritorius q̄a liber sed q̄a cōformis est ali-
 cui legi pollicētī premiū p̄ eodē actū ipsi faciētī uel alteri. & cōsequēter dicit actū
 credendi nō ideo eē meritoriū quia liber. sed q̄a cōformis est legi diuināe quā polli-
 cetur tale premiū. Sicut aeternā cui libet credēti. posse aut̄ deū hanc legē mutare &
 statuere q̄ quicūq̄ cras ceciderit sup lapidē angularē ex ip̄oniso sit saluus & tunc
 casus ille eēt meritorius uitāe aeternāe q̄a actus n̄rī nō ideo sunt meritorii quia libe-
 ri. sed q̄a a deo acceptant̄ ad uitā aeternā qui deus ita pōt acceptare actus naturales
 sicut actus uolūtarios. & sic uidet̄ acceptasse mortem innocentīū ad uitā aeternā in
 q̄bus nullus fuit usus liberi arbitrii. nec sic faciēdo deus irrōnabiliter facit quia sua
 uolūtas est sufficiens rō eoꝝ oīum q̄ statuit uel ordinat. Vnde cōcludit Olchoth q̄ si
 capiamus credere pro eo quod est cū assensu firmo adhærere his de quoz ueritate
 nō cōstat nobis nisi ex testimonio aliorū iuxta quē modū definit. Aug. in omelia su-
 per Ioannē dicens. qd̄ est fides nisi credere qd̄ nō uides: q̄ talis actus credēdi nō est
 in libera p̄tate hoīs. Si aut̄ capiat̄ credere pro eo quod est assentiri q̄buscūq̄ reue-
 latis a deo & testificatis per miracula & uelle uiuere & opari scdm̄ ea: tum q̄a hoc
 credere includit tam actū intellectus q̄ uolūtati cōcedit de eo qd̄ est liberū: iuxta
 quē modū definiens Aug. in omelia sup Ioannē dicit credere in deum est credendo
 amare credēdo in eū ire credendo ei adhæreret & suis mēbris incorporari & de hac
 credulitate dictū est. credidit Abraā deo & reputatū est ei ad iusticiā. De prima aut̄
 dicitur dāmones credūt & cōtre miscūt: prima est meritoria. secunda nō est merito-
 ria. Et cū dicit̄: q̄ fides nō est nisi in uolētibus dicit Olchoth qd̄ est intelligendū de
 fide formatā iuxta hunc secūdū modū quē est fides operans per dilectionē nō autē
 de fide primo modo accepta. q̄a per miracula uisa uult ipse posse fidelē necessitari
 ad credēdū. quā op̄ionē ego nō credo eē uerā & post q̄sitū suū idē doct̄or reexami-
 nādo nōnullas suas op̄iones dicit q̄ licet stāte euidentia i rōne q̄ aliqd̄ nō sit credēdū
 uolūtas necessitet̄ ad credēdū. tñ q̄a sic necessitatus fuit sibi pli cā talis necessitatis.
 Ideo ip̄utat̄ ei ad peccatū. Dicit aut̄ fuisse sibi cām q̄a omisit cōsiderare & perseuera-
 ri diligēter & discutere illa quā sibi falsam fecerūt euidentiam qd̄ si fecisset nō sic ap-
 paruisset eē intellectui. sed aliter & iō concludit q̄ cū qs male credit aut discredit suū
 primū p̄t̄m ē negligētia. hāc ē op̄io Roberti Olchoth de libertate credendi quā
 nunq̄ mihi apparuit bona uel pbabilis. Consideret̄ aut̄ isti p̄s an & istū doct̄orem
 simul cum Durando Henrico & aliis pro h̄eretico ab ecclesia anathematizent.

Roberti
olchoth
laus

Credere
dupliciter
dicitur
Augusti.

Augusti.

Olchoth

QVAESTIO NONA DE ACCIDENTIBVS IN SACRAMENTO.



Vi dixerit accidens existere nō posse nisi inexistat eucha-
 ristia poterit sacramentum tenere ēt tenendo panis sub-
 stantiam non remanere.

Hanc quidem conclusionē non dixerunt isti magistri esse
 h̄eticam uel h̄esim sapere sed solum esse erroneam.
 cuius opinionis suā si rationes aliquas attulissent: possem
 ego illis aut credere aut rñdere. sed ipsi nec in huius nec in
 aliarum in conclusionū damnatione ullas adduxerūt ra-

Nota

APOLOGIA

Thomas

Nota.

**Opinio
theologo
rū quorū
dam quā
Petrus de
palude re
cit.**

tiones quas ego uiderim. Dico autem pro declaratione conclusionis q̄ per hāc cō-
clusionē nō intendo cathgorice & absolute dicere accidēs nō posse esse sine subie-
cto aut in sacro de facto ēē in subiecto immo cū ecclesia firmiter teneo q̄ acciden-
tia sacralia de facto sint sine subiecto. Sed dico q̄ ille qui diceret accidentia nō posse
esse sine subiecto & teneret cū Thoma distinctionē realē existētię panis ab essentia
posset dicere nō repugnare diuinę oīpotentię saluare existentiā panis sine essentia
eius. sicut actum tam substantialē q̄ accidentalem conseruat deus sine sua potentia
& cōsequenter in isto esse panis subiectare accidentia nō manente substantia panis.
ad quē quidem accidentia habere posset corpus christi pntiam realem; sicut & nūc
habet ad accidentia quę in nullo subiectata sunt. & quicquid sit de sacro eucharistię
de facto instituto a christo & ab ecclesia credito in quo concorditer tenetur q̄ nihil
panis remanet adeo q̄ sua reproductio esset creatio tamen tenendo prædictam opi-
nionem Thomę de distinctione reali essentię ab existentia. & capiendo sacramē-
tum eucharistię ampliatiue ad id quod est uel potest esse ut capitur in cōclusionē.
mea quę est modalis diuisa nō solum pns conclusio est probabilis & non erronea.
immo erroneum est dicere q̄ nō possit esse aliquod eucharistię sacramētum in quo
accidētia essent in subiecto. nec scio per quā logicam uiderunt isti magistri dānari
unam diuisam de possibili propter falsitatem unius de inesse ex eisdem terminis cō-
stitute. mirorq̄ q̄ nesciāt q̄ est fallacia cōsequētis; arguendo a minus amplo ad ma-
gis amplum cū destructione magis ampli. ac si quis diceret nullus homo est in do-
mo ergo nullus homo potest esse in domo. Similiter. n. arguunt ipsi in damnatione
huius propositionis in nullo sacro eucharistię quod de facto existit uel de facto est
institutum a christo accidentia sunt in subiecto igit in nullo sacro quod est uel pōt
esse aut institui a christo accidētia pnt esse sine subiecto. Ex dictis patet q̄ male con-
clusio pns de possibili dānata sit pro erronea ab istis patribus q̄ debent meminisse.
Quod fuerint ēē ex catholicis doctoribus q̄ tenerēt de facto accidentia in sacramē-
to altaris subiectari in existentia substantię remanētis. Est. n. una uia theologorū ut
refert Petrus de palude in. iiii. di. xii. q. iii. qui dicunt q̄ sicut qualitas hic remanet na-
turaliter quia remanet suum immediatū subiectum quod est quantitas. licet tollatur
suum remotū quod est substantia & sic ipsa qualitas non subsistit sed inhæret sic etiā
quantitas caret q̄ dē suo subiecto remoto quod est essentia subē sed habet suum subie-
ctum propriū & propinquū quod est esse subē quo mediante inest subē quia id
esse possibile est remanere essentia nō remanēte immo dicunt ipsi necesse est ipsum
remanere considerato modo quo definit hic esse & quidem q̄ hoc sit possibile di-
cunt patere quia licet essentia sit prior esse quo uideret cum sit prius posse separari
esse a posteriori quod magis potest separari & fieri essentia sine esse q̄ ecōtra tamen
considerando ex alia parte q̄ essentia se habet ad esse sicut potentia ad actum; & si-
cut materia ad formam quia actus minus dependet a potentia q̄ econtra. sicut uide-
tur magis factibile esse sine essentia quam econtra. sed deus in incarnatione uerbi fe-
cit essentiam humanitatis sine esse suo ut dicitur a multis doctoribus. ergo multo
magis potest hic facere esse subē panis sine essentia ut sicut est ibi assumpta essentia
& manet non autem esse & non manet. ita hic conuersa potest esse essentia & non
manere & non conuersum esse & manebit. Secundo ostendunt q̄ non solum istud
sit possibile sed necesse quia nihil creatum potest cōueri in increatum sed unū crea-
tum potest conueri in aliud quando cōicant in materia & in genere aliter nō sicut
accidens non conuertitur in substantiam nec in accidens alterius prædicamenti se-
cundum

QVAESTIONVM

cundum cōmunē opinionē. essentia autem panis cum essentia corporis christi conuenit in materia & genere. unde una pōt cōueri in aliā ēt per naturā si corpus esset mortale sed esse panis nō cōicet in materia nec in genere cū ēē corporis christi substantiāli cū illud sit increatū diuinū quod est suppositi diuini cū in christo non sit nisi unū esse actualis existētiæ substantiālis. ergo est impossibile est ēē panis cōueri & necesse est ipsum remanere. Ego sum in opione q. nō sit necesse ipsum remanere: tum Opio autē q. si nō pōt cōueri pōt tñ annihilari uel pōt corrūpi cedendo in potentiā materiæ. etoris Ita q. sicut humanitas potuit assumi nō assumpto esse sed manēte. i. potētia materiæ. Sic eētia pōt cōueri nō cōuerio ēē sed redactio in potētia essentiae licet ut uerum fateamur istæ redactiones facilius dicātur q̄ intelligant. Itē licet esse panis nō possit cōueri inesse increatum pōt tñ cōueri in essentiā creatā quia quæ cōicant in materia sunt inuicē transmutabilia dato q. non cōicent in materia p̄p̄inqua sed solū in remota sicut elementū pōt cōueri in aīatū & econtra. esse autē panis & essentia corporis christi conueniūt in materia prima quæ est utriusq. potētia remota licet non conueniāt in p̄p̄inqua. q. materia est pura potētia. essentia autē est potētia cū actu immo si illa rō ualeret cōcluderet q. de oī cibo quē christus ante passionē sumpsit sola essentia in ipsum conuersa fuerit & nō esse. sed remālit uel aliter q̄ per cōuersionē corruptū fuit. q. esse substantiale christi erat increatū ante resurrectionē sicut post. Itē dicunt aliqui q. sicut aqua quæ de potētia ordinata nō pōt conueri in sanguinē christi prius cōuertit in uinū & postea totū in sanguinē sic cēsi nō potest de potētia absoluta cōueri in aliqd christi prius natura conuertit in suā essentiā trāsies in eam sicut forma quæ cedit in potētiā materiæ. & post illa essentia tota conuertit in essentiā & sic nō necesse est esse remanere. Sicut autē mihi uidet̄ erroneū dicere q. necesse sit esse remanere ita nihil minus erroneum dicere q. non potest remanere.

QVAESTIO DECIMA DE VERBIS CONSECRATIONIS.



Haec uerba hoc est corpus quæ in cōsecratione dicuntur materialiter tenentur & non significatiue.

Dixerunt isti magistri q. hæc cōclusio est scandalosa & contra cōm opinionem sanctorū doctorū & q. opio glosatoris in hoc non tenet. Ego autē dico q. sua determinatio est scandalosa & contra cōm opinionē multorū doctorū & q. glosatoris potius q. eorū opinio in hoc est tenēda: & q. ita sit parebit euidenter habito intellectu conclusionis. Est ergo primo ad

Notādum

uertendū q. nō intēdo illa uerba fuisse materialiter accipienda cū p̄ferbant̄ a christo sed solū quādo p̄feruntur a sacerdote euangelico cōsecrante. & iō dixi in cōclusionē uerba quæ in cōsecratione dicunt̄. i. quæ nūc a cōsecrātibus p̄ferunt̄. Certū est autē q. sacerdos in cōsecrādo recitat p̄dicta uerba christi ita q. oīo p̄lata a tali sacerdote supponit p̄ oīone p̄lata a xpō significatiue sumpta. & talis opinio nō solū non est erronea uel scandalosa. sed potius uidet̄ opinio p̄dicto sensui opposita ēē cōtraria formæ cōsecrationis in qua sacerdos dicit illa uerba recitatiue. Recitat. n. sacerdos cōsecrās christū dixisse apostolis. Accipite & manducate &c. Sacerdos autē cōsecrans nec loquit̄ apostolis nec dicit eis accipite &c. nisi recitatiue. Ipse. n. solus recipit sacm̄ neq. etiā assistentibus loquendo dicit accipite & manducate &c. Similiter cum dicit hoc est corpus meum id quod recitatur a sacerdote ē illa oratio hoc est corpus meū materialiter sumpta pro simili ora

tione & ex similibus uocibus cōposita a christo significatiue prolata qđ etiā patet per illa uerba quæ dicuntur ante uel post consecrationē sanguinis. s. qui pro uobis & pro multis effundet &c. Essent. n. falsa si significatiue sumerent eo qđ sanguis christi ammodo nō effundet. ergo illa uerba solū recitatiue sumuntur. Quid autē recitatur nisi uox prolata ab alio pro qua supponit uox ipsius recitantis. & ppea uox ista alterius uocis recitatoria est materialiter sumenda. Itē etiā si nō recitatiue sed significatiue caperent ista uerba denotaret sanguis christi effundi pro aliis & nō p consecrante. Cū dicat qui pro uobis & pro multis effundet. Deberet enim dici potius qui pro nobis &c. quæ non ideo dico qđ credā oppositā ēt opinionem non posse defendi. sed ut pateat meā cōclusionē nō solū esse catholicā sed ēt sua opposita probabiliorem. Ex quibus patet qđ p̄sens conclusio non est scandalosa sed probabilis & opinio solēnis glosatoris de consecratione di. ii. c. timorem. in hoc non est reiiciēda sed approbanda. sicut nec per ecclesiam usq; ad hęc tempora unquam fuit reiecta.

QVAESTIO VNDECIMA DE MIRACVLIS CHRISTI.



Miracula christi non ratione rei factæ sed ratione modi faciēdi suæ diuinitatis argumentum sunt certissimum.

Quam conclusionem declarādo ego dixi qđ quia est firma scientia theologorum qđ ea miracula quæ christus fecit possent a puro homine in uirtute dei fieri. Dicit. n. christus Ioānis. xiii. Amen dico uobis qui credit in me opera quæ ego facio ipse faciet & maiora horum faciet. Ideo etiam ab ipsi met theologis unanimiter concluditur qđ id ex quo possumus concludere christum fuisse deum non est ipsa res facta sed modus faciēdi quia taliter agebat qualiter agūt qui uirtute

propria & nō aliunde accepta agunt quod est proprium dei independentē. s. & nō aliena uirtute agere qđ modus agendi creaturæ cōmunicari nō pōt qđ ergo taliter multa egit christus non orando. s. nec petendo sed p̄cipiēdo & imperādo tanq̄ p̄tētem habens patet qđ ut ipse existens deus & nō in dei uirtute existens hō operabatur. Hac uisa declaratione mea dixerūt cōclusio pōt trahi ad malū sensum qđ contineat iter magicas dato qđ sua declaratio sit uera de quo eorū iudicio ita miror ut mirari magis non possim. Primo ipsi mihi dicant an apud aliquē recte mea uerba & ex recto usitatoq; loquēdi interpretantem alium habere possit sensum cōclusio mea prater eū quē dixi. Quid. n. his uerbis clariū qđ expressius. miracula christi nō ratione rei factæ sed ratione modi faciēdi suæ diuinitatis argumentum sunt certissimum. Secundo dicāt mihi an hęc sit recti iudicis sententia hęc cōclusio licet sit uera & catholica dānāda est tñ qđ ad malum sensum trahi pōt ergo & dānāda. ista christus eiiciebat dæmonia pp hoc qđ iudei eā trahebāt ad malū sensum dicētes qđ in belzabu principe dæmoniorū eiiciebat dæmonia illa. & dānāda ista p̄ maior me est qđ Arrius ex ea inæqualitatē filii ad patrē cogitauit & dānāda ista nō cognouit eā dō nec pepit priogenitū filiū suū. qđ Eluidius ex ea cōtra uirginitatē ppetuā Marię heresim ē opinatus & dānāda ista illā diē neq; filius nouit qđ ex ea aliq̄ plura scire uolūp̄tem qđ sciat filius. qđ plura dānāda fere oēs ppōnes euāgelicæ qđ ab hereticis ad malū sensum trahi potuerūt. qñ & ppōnē meā in hisdē terminis positā i qbus multis ponit catholicis doctoribus nō dānare debem⁹ ēt qđ sit ueraga aliq̄ ad malū eā sensum trahere pōt. Profecto si qđ eā male interpretant illoꝝ sensus qui malus ē dānandu.

QVAESTIONVM

dānandus est nō meus qui sanctus atq; catholicus. Tertio dicāt mihi q̄s est iste malus sensus quē posset facere. dicāt si sciunt: certe ēt nō est dicere si q̄s uelit aut cogitare ex illa p̄positione malū sensum. Si q̄s. n. esset is esset forte q̄ aliquis suspicaretur me uelle dicere q̄ eadē miracula quā fecit Christus quātū ad rē factā per magiam possent fieri. sed hoc nō licet suspicari de cōclusiōe mea q̄a imēdiate ante ipsam ego pono aliā cōclusiōē q̄ miracula Christi nō potuerūt fieri per uia magiæ uel cabale. Alius malus sensus qui possit inueniri uel excogitari ego nō uideo: dicant ipsi si possunt. Quarto dicāt mihi quā est hęc cōsequētia an teneat de materia an de forma. est inter magicas ergo dānanda. p̄fecto similis est forma argumētandi illa quā utebant etia cū a principio dānare conabant cōclusiōes magicas. sic. n. arguebāt istā cōclusiōes sunt intricatæ & nō intellectæ a nobis ergo dānandæ: mirā & inauditā redarguēdi formam. Iam taceant qui dicūt de incognitis nō posse ferri iudiciū cū iam sit decretū ea maxime esse dānanda quā maxime sunt incognita. Sed redeamus ad propositum est inquirunt inter magicas ergo est dānanda. Dicant mihi ipsi utrum magicæ cōclusiōes bonæ sint an malæ. Si malæ adhuc male per eos est iudicatum. Christus. n. innuit in parabola de zizaniis nō solum non esse respiciendum triticum propter admixtas zizanias immo ad saluandum triticum innuit non esse eradicandas zizanias ante messem. Si bonæ cur bonam cōclusiōem inter bonas positam ipsi si boni sunt uiri ipsos damnare debuerunt.

QVAESTIO DVODECIMA AN DEVS INTELLIGAT.



Agis improprie dicitur de Deo quod sit intelligēs uel intellectus q̄ de angelo quod sit anima rationalis.

Quā cōclusiōē ego declarādo dixi q̄ cōclusiō innitebatur modo loquēdi Dionysii qui sæpe dicit de deo q̄ non est intellectus neq; intelligibilis & similiter dixi mea uerba eo modo esse accipiēda quo accipiebant uerba Dionysii. Dixerunt illi q̄ cōclusiō erat falsa. & ad hæreticū sensum poterat trāsferri. & q̄ nō satisfaciebat eis mea declaratio. de quā sua determinatione nō parū miror. miror inq̄ si sunt sapientes q̄ dicāt cōclusiōē esse falsam quā sit non mea sed Dionysii cōclusiō. Et ut clarius mentem meā intelligant declarabo breuiter fundamentū & cōclusiōis & locutiōis ipsius Dionysii. Est ergo aduertendum q̄ sicut rō dicit notitiā discursiuā hoībus propria quā qdē rō improprie diceret eē in deo ita similiter dicit Dionysius intelligere esse noticiā appropriatā angelo causatā ab angelo & intellectu angelico & ipsum in formantē & in taliter imutantē & tale intelligere dicit nō esse in deo. nec sic capiendū intelligere pōt trahi cōclusiō ad malū sensum: q̄a nō p̄p̄ea negat Dio. in deo esse cōgnitiōē oīum. Sed ista magis distat ab intellectu proprie capta modo p̄dicto q̄ hō ab angelo. Cū autē dī deus intelligit capite intelligere gūaliter pro omni cōgnitiōe: & breuiter hoc sciant q̄ per hanc cōclusiōē nō inēdo negare de deo cōgnitiōē oīum perfectissimā sicut nec quācūq; p̄fectionē simpliciter immo nec intendo negare deū intelligere capiendū intelligere cōiter. Sed nego istud intelligere quod dicit iuxta modū loquēdi Dionysii notitiā angelo appropriatā sicut & ratio dicit notitiā hōi appropriatā iuxta qdē et improprie dicitur esse rō in deo. at inquirunt tu dicis q̄ magis improprie dī de deo q̄ sit intellectus q̄ de angelo q̄ sit anima rationalis. hoc autē est falsum q̄ de angelo nullus unq̄ diceret q̄ esset aia. de deo autem dī sapissime q̄ est intellectus. quare illa est magis impropria locutio.

Nā sicut hō rationalis ita Angelus intelligentia dicitur

Obiectio

Augusti. Miror de doctrina istos patrū & multiplici lectione sacrarū rerū qui dicūt q. nūq. de angelo nec pprie nec iproprie dicat q. sit rōnalis. Sed legant Augustinū in lib. de musica in libro de uera religiōe & i actis cōtra fortunatū & i libro de cathetizandis rudibus. Nā in istis oibus locis memini ego āgelos ab Augustino aīa noīe nūcupatos. q. tñ nec oīa uidi nec oīum posse mēinisse locos in qbus forte legi apud sacros doctores angelos hoc noīe uocatos. Nulla. n. res est quā cū legūt nō sit digna multa attētiōe. Cū āt ego dixi magis iproprie dē de deo q. sit intellectus nihil aliud intēdebā nisi q. noticiā angelica quā intellectualis noticiā nomē sibi appropriat magis distat ab infinita noticiā dei quā oīa per essentiā cognoscit q. distet a noticiā rōcinatiua aīa rōnali uel hōi appropriata. Si uero ex prāsenti cōclusionē inferat q. deus iproprie dē intelligere sicut cōparatiuus infert positium accipiatur cōsequens illatum solum in hoc sensu. deus nō secundum propriam uel appropriatam acceptionem huius dictionis intelligere dicitur intellectus &c. Sed secundum cōmunem uiam minus propriam ut patuit ex modo loquendi Dionysii.

Nota.

Q. VAESTIO. XIII. DE ABDITA ANIMAE INTELLIGENTIA.

Augusti.
Hēricus.



Nīma nihil actu & distincte intelligit nisi se ipsam. Hanc declarando dixi q. intelligebā de intelligere abdito cuius meminerat Augustinus in libro de trinitate & Hēricus in quolibetis. Dixerūt isti magistri q. cōclusio non erat ad intellectū doctoz quos ego adducebā in rāsione: q. nescio quāliter dicere possint si doctores illos uiderūt. Et quā ista materia de intelligere abdito est subtilis & pfunda nolo hic eā latius explicare. Postea q. isti aliter cōclusionē nō dānant sed tñ duo uolo dicere. Primo q. ego nō intēdo uniuersaliter negare de aīa & p quocūq. statu quācūq. distinctā cognitionē alioz a se. cōcedo. n. aīam Christi intelligere actu & distincte alia. & similiter aīas beatorū per reuelatiōes aut spēs infusas. Secūdo dico q. intelligo de illo intelligere abdito qd est sine fantasmate uel adminiculo sensus aut fantasia & nō adhuc de quocūq. tali sed intelligere abdito directo & pmanēti. De quo primā huius posui cōclusionē dicētem aīa semp se ipsam intelligit & se intelligēdo quēdāmodo oīa entia intelligit. Et sic in oibus meis cōclusionibus semp occulta quēdā est cōcatenatio quā forte ipsi nō aduertūt. Sed redeundo ad ppositū dico q. aīa p tale intelligere abditū directū & pmanēs nihil actu & distincte intelligit nisi se ipsam. Ex quo patet q. pns cōclusio sic intellecta nō fuit indistincte dānanda pro erronea: si ēt in aliquo sensu nō ēt uera: Sic. n. multae ppōnes tā p hōrū q. theologorū & scripturā sacra dānarent si cut ista Abachuh p rō mundi sunt oculi tui ne uideas malū & ne despicias iniquitates. Et similiter ista Matth. xxy. de fatuis uirginibus nescio uos. licet. n. uisio dei aut eius scientia sit unica & simplicissima: & talē uisionē aut scientiā uniuersaliter ēt de deo negare uideant dictae ppōitiōes respectu malī pp negationē p ppositā uerbo uidendi uel sciētiae. Exponitur tamē a doctoribus specialiter de uisione uel scia dei approbatiua & nō accipit ut negatio in eis negat oēm modum uisionis aut sciētiae dei. Quia uerū est illud etiā psalmistae. Delicta mea a te nō sunt abscondita. Si igitur multae tales ab expositoribus & doctoribus potius distinguuntur & ad uerū sensum trahunt q. condēnentur. Nescio in quo ista demeruit ut ita simpliciter dānata sit ēt postq. dānatoribus modo p rōdicto fuerat exposita & declarata. Hae ut nunc est properāti

Abachuh
Matth.

Psal.

QVAESTIONVM

est propter aī stilo mīhi dictata sint scripturo alias maiore ocio & cura ut plura ita fortasse meliora. hoc ipsum quaecūq; est opus uiginti est noctibus elucubratū: in quo edendo celeritas optāda mīhi magis fuit q̄ diligētia. Oportuit enī habere amicos qd' inimicis latrantibus quasi cerbero offam obīcerēt. atq; ita uenienti me statim iniustae infamiae morbo occurrere. Quaecūq; autē & scripsimus & scribemus. Nota. in posterū cū ea semp̄ p̄fatione sint dicta: ut id solū ratū sanctūq; habeat: quod & Pontifex summus & hīi oēs quorū iudiciū ille approbauerit ratum sanctūq; decernent. Atq; utinā iam ille aliquid de his quae in dubiū reuocatę sunt opinionibus nostris pro sua & sapiētia & auctoritate decreuisset. Non hoc mīhi susceptum operis quando & quae ille damnasset temerariū: & quae probasset superuacaneū erat defendere. Dum igit' tanti adhuc iudicis snīa uti nō possumus hanc scripserimus: ne sit unde de p̄positis a me disputādīs quāstionibus habeāt quod sinistri possint uel dicere obtrectatores: uel suspicari rudes & simplices. Potest enim accidere ut cū qs̄ indoctior illas attigerit: leges hanc p̄positionē Christus non ueraciter & quātum ad realem p̄sentiā ut ponit cōmunis uia descendit ad inferos: actutum illa dictio ne non ueraciter offensus. Credat sensum esse p̄positionis articulū fidei de descēsu Christi non esse uerū. Itidē cū legerit. peccato mortali finiti t̄pis nō debērī p̄cnam infinitam. In illa me dubitet hāresi p̄stare q̄ p̄cna gehēnae nō sit aeterna. & cum intellexerit me de Origenis salute bene opinari: nō tam uitam: mores: doctrinā: & p̄nitentiā Origenis q̄ credita Origenis dogmata a me amari suspicet. Simile est de aliis p̄positionibus multis quae forte habere possint in primori fronte q̄ sancta rusticitatē id est ut pias ita indoctas aures offendāt. Ea pp̄licut hanc scripsimus: iō legēda ut nec de nobis nec de orthodoxo dogmate sanctae religiōis quisq; male cogitet ita p̄ponēs ipsas crudas: ut sic dixerim: & inexplicitas hanc nisi prius attigerit legi nollem a nris hoībus qn̄ ex illis multa ut a fide catholica ita a nra mēte aliena possunt cōiectare: p̄sertim hebetiores & doctrinarū remotiorū rudes & insolentes. Oro igit' obsecro & obtestor amicos & inimicos: pios & impios: doctos & indoctos. per uiscera Iesu Christi dñi nri: per mirabile descensus eius ad inferos mysteriū: per aeternū dānatorū ignē qui nō extinguit hāreticis p̄cipuā: & sacrosanctę Romanę ecclēsię hostibus debitū: per uerū & mystici corporis sanguinēq; sacramentū: per dei oīpotentiam: per exhibēdā meritō filiū eius & cohæredum imaginibus reuerentiā: legant sine liuore: sine inuidia quae nūc scribimus: priora id est ipsas p̄positiones nō enarratas: nō explicitas nō legāt. qn̄ inter doctos eas p̄posuimus disputādas nō passim legēdas oībus publicauimus. Nam & ibi plurima sunt impia dogmata ueterū p̄horū Auerrois & Alexandri. & aliorū q̄ pluriū: quae nos & si semper p̄fessi sumus: asseruimus: p̄dicauimus publice & priuatim nō minus a uera rectaq; p̄hīa q̄ a fide esse aliena: Scholasticā tñ exercitationem meditātes: de more academiā: inter paucos & doctos secreto cōgressu disputāda suscepimus. Qui uero ipsum leget libellum p̄positionū disputandarū ut ex ipso poterit titulo admone ridū quae ex nra dicunt snīa: quae item ex aliorū discernō nō proponi illas a me ut meas ut ueras opiniones: sed ut creditas ab illis ita & suspicari poterit & si aliorum dicant dogmata & inuēta: uisa tñ mīhi & hanc & illa uera & probabilia. Qui ergo me oderunt ideo illa nō legant: quia nostra sunt. Qui me amant ideo non legant: quia ex illis quae mea sunt. cogitare plurima possent quae non sunt nostra.

QVAESTIONVM APOLOGIA FINIT.

Auerrois
Alexāder

CONCLUSIONES QVAS IN HOC OPERE TANQVAM CATHOLICAS DEFENDO SVNT INFRASCRIPTE.

Prima conclusio.

Anima christi uero & reali descensu descendit ad inferos. & ita christus secundū ueram & realem animæ suæ præsentiam in triduo fuit in inferno.

Correlarium. Opinione Durandi de descensu christi ad inferos ego non probor.

Secunda conclusio.

Licet ita sit. ratio tamē ueri & realis descensus & uere ac realis locationis in inferno animæ christi non fuit essentia uel substantia. ut tenet communis uia Scotistarum & nominalium. quæ cōmuniter tenet Parisius. cui uidetur adherere sanctus Thomas in tertia parte summæ. sed solum effectus uel operatio.

Tertia conclusio.

Sensus per suprascriptas conclusiones explicatas est sensus quem ego per hanc propositionem intendebar. Christus non ueraciter & quantū ad realem præsentiam ut ponit Thomas & cōmunis uia descendit ad inferos. sed solum quo ad effectum.

Quarta conclusio.

Quæstio. Vtrum prædicta propositio de rigore logicæ & ex uerborum permittat illum sensum non est quæstio de fide.

Quinta conclusio.

Credens illam propositionem de uirtute sermonis permittere illū sensum nō errat in fide.

Sexta conclusio.

Qui credit aliquid esse de fide quod non est de fide de fide non recte sentit.

Septima conclusio.

Ponens propositionem habentem duplicem sensum si illam asseruit & asserit in sensu catholico non tenetur reuocare propositionem sed declarare.

Octaua conclusio.

Stante prædicto casu & ipsa multiplicitate sensuū debemus iudicare de propositione potius secundū sensum intentū a proponere q̄ secundū sensum quē magis uerba sonant.

Nona conclusio.

Peccatum mortale est demeritorie dignum pœna æterna.

Decima conclusio.

Quilibet decedēs in peccato mortali etiam si in uno tantum decedat punitur in æternum.

Vndecima conclusio.

Nisi reatus peccati mortalis æternaliter perseveraret in aia peccatoris pœna peccatoris non perseveraret in æternum.

Duodecima conclusio.

Sicut hæc dictio peccatum mortale quādoq; capitur pro actu peccandi omissionis uel cōmissionis. ita etiā & sæpe & proprie apud catholicos doctores pro reatu accipitur.

xiii. conclusio.

Cum dicimus pœnam alicubi deberi uel præmiū dupliciter possumus intelligere uel illum esse demeritorie uel meritorie dignū tali pœna uel premio. uel ei actualiter persolui talem pœnam uel tale premium.

xiiii. conclusio.

Distinctio huius dictionis deberi posita in conclusione præcedenti nō est erronea in fide.

xy. conclusio.

Cruz

Cruz Christi & imagines sunt adorandæ eo modo quo eas adorat ecclesia.
xvi. conclusio.

Modus adorationis imaginum & crucis quem ponit Petrus de Aquila: Henricus de Gandauo. Ioannes Guarra. Durandus. Robertus Olchoth & cõmuniter omnes Scotistæ est probabilius modo quem ponit Thomas.

xyii. conclusio.

Non propterea q̃ aliquis neget imagines esse adorandas eo modo quo ponit Thomas negat & consequenter eas esse adorandas eo modo quo ponit ecclesia.

xyiii. conclusio.

Cum in deo sit plenitudo totius esse p̃t deus quantũ est ex se oẽm naturã hypostatizare.

xix. conclusio.

De hac quæstione utrũ naturæ irrationali ex defectu naturæ suæ repugnet assumptibilitas ad diuinam naturam in unitate suppositi ut credidit Henricus. an non repugnet ut tenet cõmunis tr̃ia. potest catholicus ita esse dubius ut nō habeat actum positiuum contradicendi opinioni Henrici.

xx. conclusio.

Positio negans assensum alicuius dicti nō infert de uirtute sermonis positiuũ assensum dicti oppositi.

xxi. conclusio.

traria. Aut igitur mihi des esse & non esse: esse contraria. aut ego tibi bonum & malum contraria esse non dabo? At inquires soluenda alia ratio est. Non ens. n. non est genus: quomodo igitur malum nihil est: cum Aristoteles dicat in prædicamentis bonum & malum genera esse contrariorum: pleni sunt omnes. Aristot. interpretes solutionibus huius questionis: ad quos ego te priore epistola delegaueram: ne super uacua me teq; simul opera implicarem. Vt igitur illud omittā: quod Simplicio nō displicet ex pythagoreorum more ibi locutum Aristotelem: qui duos statuunt ordines rerum: quorum alter sub bono: alter sub malo continetur: utiq; illū sæpe in logicis commentationibus exemplis ex aliorum potius q̄ ex sua sententia: respōdeo quod & apud Simplicium poterat legere: Ideo bonū malumq; cōtrariorum genera dici: quoniam alterum sp contrariorum rationē malī & deficientiæ habet ut nigrum si albo: & amarum si dulci comparetur. Ita. n. contraria omnia ad bonum malumq; reducuntur: Quatenus omnis defectus malī rationem habet quocirca & primo lib. phyliz auscultationis dī contraria semper: fm melioris peiorisq; inuicem rationem comparari. Mitto Porphyrii & recentiorum etiam multiplices alias solutiones. Sed illud satis mirari non possum q; in hanc etiam Tho. descendere sententiam dicas. q; bonum & malum contraria sibi oppositione repugnent. Ad disq; hoc ipsum ab eo Simplicii auctoritate confirmari. Cum tamen opinioni istī tuæ ille tota prima quæstiōe de malo pro uiribus aduersetur: Quid. n. aliud ea potissimum agit disputatione: quam ut probet malum esse nihil. Quod si malum nihil est: bono cōtrarium esse non potest: Quoniam utrunq; contrariorum natura aliquid est: atque hoc ipsum est: quod tibi Tho. Simplicii auctoritate confirmat. Vide quantum aberras: qui confirmari testimonio Simplicii eam credis opinionē quam ipse Simplicii testimonio infirmat. In quem errorem forte non incidisses si ipsum Simplicii libz aliquādo legis: apud quē nulla unq; fit mentio de boni maliq; oppositione contraria. Quod si mihi obiectes ophthalmiā & ægritudinem: in quibus contrarietatem uidet Tho. agnoscere iubebo te illius uerba diligentius introspicere. Nō. n. hæc ēt dicit eē cōtraria: sed ea cum sint priuationes interdū tñ appellari contraria: Quid cur fieri ipse uelut si attendas uidebis: q̄ ipsum malū contrarii pprietatē omniē no nesciat. Eatenus enim hæc contrarii aliquo modo nomen sortiri posse concedit quatenus omnem plane malī rationem non habent: sed bonitatis aliquid retinent: quam nondum amiserunt. Quare eatenus aliquo modo contraria: quatenus aliquo modo non omnino mala. At si tibi ego mortem: si cæcitatem opponam. quæramq; an hæc ex sententia Thomæ sint uera mala: rursusq; an ea: quam tu dicis contrarietatis spem inuicem aduersentur. Quid sis responsurus omnino non uideo. Nam si hæc mala sunt: & eo ipso loco: unde Thomæ pro te testimonium affers ille nullo modo hæc esse posse contraria: ea ipsa: quam tu in medium affers contrarietatis spem magna asseueratione contendat. Qua tu mente affirmas ex sententia Thomæ bonum malo aliqua contrarietatis oppositione repugnare. Certe hoc considerare debueras. Quod de imperfectis quibusdam malis ex ea quam adhuc retinent bonitatis admixtione conceditur: ad ipsam immixtam absolutamq; malī naturam non esse transferendum.

VALE.

Tertiæ obiectiones cum responsione in margine.

IOANNI

OBIEC. LIBER SECVNDVS

IOANNI PICO MIRANDVLAE ANTO
NIVS FAVENTINVS SALVTEM.



Conclusiones olim uerbo concessæ nisi forte oblitus es fuere.

Deus est: deus est unus: deus nō ē deus Cōtra-
dictionē claudit deū: hoc est ē primū ens non
ēē & auz: eē aduersus quas obiectiones nō nul-
las formauit: & in scriptis dedi. expectabā igr
his obiectionibus tādē rñderes postea q̄ mēles
q̄ttuor siluisti maioribus fortasse negociis īpli-
citus. Tu uero primis dūtaxat respōdes: quas

antea aduersus argumētōrū quorūdā solutiones formauerā. Ais autē
primū hoc mō. ostēdā tibi p decreta latinoꝝ ac p̄sertim beati Thomæ:
licet deus uere ac pprie sit: nō tamen pprie ens eē. Deus, n. inq̄s iuxta
Thomā nō est essentia. Itē iuxta eundē uocabulū entis eēntiā plerūq̄
significat & q̄onī quid est respōdet: uerbū uero īplum: ē: q̄stioni an est
reddi solet: Quapropter colligis iuxta Thomā deū ens nō esse si neq̄
esse est: neq̄ essentiā habet: sed duntaxat existit. Sed dicas rogo ubinā
in Thoma didicisti deū essentiā non esse: cum totus Thomas huic sen-
tētiæ reclamet: inā in prima parte in summa contra gētiles ī q̄stionibus
disputatis in libello de ente & eēntiā in cōmētis in Aristō. in omnibus
deniq̄ locis ubi res exigit deum essentiam eē & tenet & probat: nec in
retā clara opus est uerba hoīs allegare: Si negaueris plura q̄ sit opus
recēsebo. Præterea ī libello tuo de ente & uno: nisi excidit prius dixisti:
ideo deum iuxta platonicos ens nō esse q̄ dei esse non est aliud ab eius
essentia. Quomodo igr nunc eos dēsecutus eos dē defendens negas de-
um essentiam esse. Item dicas: quo ex loco diui Thomæ deprehendisti
entis uocabulū essentiā plerūq̄ significare: non etiam esse. Siquidem
quarto metaphysicæ & prima q̄one de ueritate: & alibi dicit: ideo ens
dictū eē q̄ est: rē uero eo q̄ essentia est uel essentiā habet. Itē dicas ubi
nā in Tho. scire potuisti q̄onī qd est rōnabiliter respōderi si dicatur: est
ens? Insulsum enim est q̄rere quid est nisi sciat: rē esse uti aristō. ii. anali-
ticoꝝ posteriorū libro & Tho. apte restatur: esse at intelligo quē admo-
dū substantiæ sunt & accidentiæ: in quibus utraq̄ essentia est: nō quem
admodū priuationes sunt & negationes: in quibus Tho. negare uidet. re-
periri posse: qd q̄onī quid est rñderi solet: siue id uerū sit siue falsū: qd
ad p̄sens omittit. Verba uero Tho. in prima q̄one de malis: q̄ tibi nī fal-
lor erroris occasione p̄stiterūt: q̄ tu quoq̄ uideris inuere hæc sunt. Ens
dupliciter dicit: uno mō scdm q̄ significat naturā. x. generū: & sic neq̄

quod tibi est improbatum. Nec ad hanc rem plura unq̄ afferes quā sit opus. Præterea in libello: rudis obie-
ctio: non enim platonici: cum id dicunt intelligunt esse ī deo essentiam & esse: sed in eo nō differre. At esse
in deo locum eū habere: quem in rebus aliis habet essentia ut ei pro essentia nihil sit aliud q̄ ipsum esse.
Item dicas: lege priores epistolas: & uidebis. Insulsum enim insul saporius argumentatio quoniam ali-
ud est rem esse: hoc est existere aliud esse ens: ut ens prædicatum essentiale est. Vermo sit: Verum esse fa-
tearis oporteat: nisi deseras tumu Tho. Verba: Hæc sunt quæ si tu prius uidisses forte non errasses.

Non sum oblitus
compater ne dubita.
Prorsus oīum memi-
nisse: plæc cognosces:
q̄q̄ haud magna fiat
iactura. si excidant q̄
corā tractauimus: le-
uissima enī hæc oīa
q̄bus & te occupatū:
& me nō ociosū hoīe:
occupas. Sed ne imi-
tari me credas Nico-
letū q̄ scribēti tibi ad-
uersus eum nihil rñ-
dere dignatus est ad-
notabo breuiter solu-
tiones tuas dubita-
tionum. Deus est: Di-
xi uere dici deus est.
Deū item x sentētia
Diony. omni appel-
latiōe esse maiorem:
etiā appellatione hac
dei qd ille scri. in lib.
de mystica theo. ne
tu iētibz tuis adhuc
Dionysium loco mo-
uisti: nec mirū est enī
patere hoc longe te
fortior: q̄q̄ tu illius
auctoritatem cōtem-
neres: dum ea aduer-
sus te uter. Dixi itē
ab his qui deū eē ens
negant concedi inter-
dum deum eē unum
rationemq̄ sentētiæ
eorum & in ipsis de
ente & uno commen-
tariis nris & duabus
ad te epistolis decla-
rauimus. Sed dicas:
Dixi postrema episto-
la neminem esse q̄ ne
sciat apud tho. & apd
alios peripateticos
ita sæpe & ens accipi
& eēntiam ut de deo
utrūq̄ dicatur sed
id mihi esse satis q̄
aliqui ita ens eēntiam
q̄ usurpāt: ut de deo
dici nō possit: hoc est

Monstratur. Tho. Miror te iisdē semp̄ sistere. nōne millies iā dictū ē ita capi posse ens ut de eo dicatur: ut cum uidelicet id significat qd est: sed rursus ita capi posse ut dē eo nō dicat: ut cū. s. f. sentia significat: qd aliud est ab existentia. Aliqd & ens: Vide qd tū fallaris: malū scdm Tho. tale nō ē ut quærētī de deo qd sit possimus aliqd respondere uel ens: & tamen quærētī qd ē peccatū? respōdere possumus: qd est malum. Præterea audebis: Ens quādo cū bono conuertitur apd Tho. non eo mō capis: quo quādo apd eundē de deo negat. lo caris: aduersus te iocaris: nā hoc ipm est qd dico: & cēties inculcatū itelligere: aut non uis aut nō potes. Priō mō deū nō esse ens. licet secūdo mō: ut. s. p. ens respōdet ad qōnē an ē ens dicat. Dicēbā. n. nō oī mō sed aliquo mō ēt apud Thomam ens dici deū nō posse: 13 autē ita argumētari: cōpater. Deus primo mō nō est ens ergo aliquo mō nō ē ens. Coartata: Hæc tua coartata: & non coartata tua sunt nō Thomæ. Ridiculū: Quod non quærītū ridiculū non soluit: licet multa qrant ridiculū: qd ridiculū soluitur: cū. s. f. soluunt: ne iō nō soluta uideant quia solui nō possint. Quærētī igit an luna sit ens: ius respōdebis eā esse ens. Sed ulterius quærētī qle nā sit ens ridiculū certe respōdetur esse ens.

malum neq; alia priuatio est ens neq; aliquid. alio modo secundum qd respondetur ad quæstionem an est: & sic malum est sicut & cæcitas est: non tamen malum est aliquid: quia esse aliquid non solum significat quod respondetur ad quæstionem an est: sed etiam qd respondetur ad quæstionem quid est: sed repete oro diligentius tanti uerba philosophi: aduersus enim te sententiam ferunt: quod ita monstratur. Tho. palam dicit ens & aliquid dupliciter dici. Vno modo quod alicuius generis naturam habet. alio modo qd quæstioni an est respondetur. deus autem quæstioni. an deus est respondetur nec mendax est responsio deus igitur ens est. Quod si ulterius procedendum est dicamus hoc modo nihil a Thoma recedentes: qd quæstioni an est iure respōdetur ens est igitur quod quæstioni an res uere: ac proprie sit respondetur uere & proprie est ens. Sicut enim se habet quod simpliciter deus sit est ad id: quod uere & proprie est. quærētī autem an uere & proprie rationabiliter respondetur deus: uere igitur & proprie ens est. Præterea Tho. aliquid & ens iuxta primum modum uocat: quod quæstioni quid est respondetur: quærētī autem quid est quod mundū conseruat: & mouet: qd mortuos suscitāt: rationabiliter deus respondetur: primo igitur modo & secūdo deus est ens & aliquid. Præterea audebis ne iuxta Tho. negare deum esse bonum esse unum? Cū igitur bonum & ens & unum mutuo conuertatur: quo modo iuxta Tho. dici potest uel fingi deū ens non esse. Tu uero ex his uerbis argumentari uideris ni fallor hoc modo ens uno modo dicit: qd naturam. x. generum significat deus at in nullo est genere Thoma etiam ipso restante. deus igitur nō est ens neq; eēntia. Sed aduertere debueras (patere me iocari) si ratio efficax est deum primo quidem modo ens non esse: licet enim in nullo sit genere: nihil tamen prohibet uere ac proprie in rerum natura existere: & quæstioni an est ueraciter responderi. Quomodo igitur nesciri potuit alio modo ens esse. Præterea ratio nihil uirium habet. Sensus enim uerborum Thomæ huiusmodi est Ens uno modo dicit quod naturam. x. generum significat hoc est: qd substantiam significat & accidens: & omnia omnino positua: quæ in. x. generibus continentur aut per se ut species & genera: aut uelut principia quædam siue coartata siue non ut materia prima & fortuna in genere substantiarum: & deus & substantiales omnino differentia: Quo certe modo negationes priuationesq; ad genus pertinere non possunt. Alio modo ens dicitur: quod respōderi pōt qōni an est siue uerū & positiuū ens sit siue nōtum de exēplū subdēs ait: & sic malū est sicut & cæcitas est: hoc ē: & sic malū est ens: sicut & cæcitas est ens: nulla enim apud Thomā uerborū differentia ē siue dicat: ē: siue ē ens. Qd uero subiūgit qd ē aliqd nō solū significat &c. nō eo tēdit ut sentiat quærētī qd ē luna aut tonitruū rōnabiliter respōderi si dicat ē ens siue aliqd uti tu existimasse uideris. ridiculū. n. ē hmoi solo. Sed hoc huiusmodi est eē: aliquid significat: maxime iuxta primū modū id esse quod quæstioni quid est rōnabiliter respōderi pōt puta significat substantiam esse uel accidens uel animal uel colorem uel aliquid

OBIEC. LIBER SECVNDVS

mel aliquid huiusmodi: quod quaereti quid est iure responderi possit: Cæcitas autem & malum nihil horum est. Quod utro primum diuisionis membrum ea mente. B. Tho. interpretari nolit. ipse met. explicat prima parte. q. xlyiii. ar. secundo quo quaeritur an malum in rebus sit. Ad secundum enim argumentum respondens sic dicit: Sicut dicitur in sexto metaphisicæ. Ens dupliciter dicitur: Vno modo secundum quod significat entitatem rei prout diuiditur per x. prædicamenta. & sic conuertitur cum rei: & hoc modo nulla priuatio est ens: unde nec malum. Alio modo dicitur ens quod significat ueritatem propositionis quæ in compositione consistit: cuius nota est hoc uerbum est: & hoc est ens qd respōdet ad quæstionem an est. & sic cæcitatem dicimus esse in oculo uel quancunque aliam priuationem: & hoc modo etiam malum dicitur ens. hæc Tho. Vides ne igitur quomodo primum diuisionis membrum cum re conuerti pronunciat: rem uero non negat deum esse: & quicquid bonum est: omne enim bonum & illo argumento & prima quæstione de malo rem esse confitetur. Quod si hæc uera sunt: nondum ratio soluta est qua aduersus platonicos dixi: ens eo dictum est: quod est quemadmodum sedens eo qd sedet. deus autem non solum est: uerum etiam proprie ac uere est: uere igitur ac proprie ens est ita enim non ex platoniciis: sed ex Tho. argumentum soluer uoluisti ea Thomæ ascribere: quæ ab hominis sententiā penitus aliena esse nemo est qui Thomam legerit qui nesciat. Vnde nec alia ratio soluta est qua dixi: si deus ea parte qua est idea est ens: multo magis ea parte qua deus est: hoc enim absolutum quiddam. hoc uero relatiuum non enim uerum est quod modo respōdisti deum scilicet essentiā esse ea parte qua est idea non autem ea parte qua deus est iam enim monstratum est & ens esse & essentiā. Preterea si deus ea parte qua est idea est ens & essentia necesse est in deo compositionem esse quod facile probatur hoc modo: prius enim dixisti ideo deum iuxta platonicos ens non esse quod esse dei nō est aliud a deo. Si igitur idea est ens hoc ideo erit quod esse ideæ est aliud ab ideæ: esse autem ideæ extra deum locum uel fingi non potest si deus idea est ut datum est in deo igitur compositionem esse necesse est. Ais præterea deum a platoniciis unum uocari quia unitati est similis: quæ licet omnes numeros potestate contineat pares scilicet & impares ipsa tamen nec par est nec impar. Subtilis hercle appellandi ratio: quæ præter id quod deus rebus similis esse non potest: ut Cicero dicit: & Thomas. non enim exemplar mundi diuino est simile: nec homo picturæ: alia causa stare nō potest. Quid ex altero ob similitudinem siue analogiā nomē mutuat proprio eiusdem nomine appellari cōsueuit: status n. quæ hominē imitē hoīem uocamus nō humanā locū quoq; ppositionū differētia est: aut mixta ppositio ex loci naturalis analogia locū nō ē locale uocam: deus igit si ex unitate ob similitudinem nomē sortitus est nō unus: sed unitas potius uocandus est. Preterea si nomē omne concretum aliud significat & aliud quomodo platonici deum nō similitudinem potiusq; similem uocāt.

Esse aliqd. Nihil dicit. qd. n. nescit ideo nō esse aliquid qd neq; subā est neq; accidēs. Sic dicit: Hæc eadē illis sunt q in priā gōne de malo & mihi fauent sicut & illa.

Rem ue. Eo mō res de deo & dī & negatur quō & ens. Quod si: Offēdi m^o autem nō esse uera ergo soluta ratio. Sed ex Tho. At tutemet uerba Tho. supra exponens in sniam nostram incidisti cum dixisti deum ens dici: quatenus p ens respōdet ad gōnē an est: nō autē quatenus rerū cētiā significat. Ea Tho. non ascribere? falsa Thomæ quia te non imitor compater qui dicit ex Tho. snia bonū & malum esse pprie & uere contraria: idq; etiā Simplicii auctoritate cōfirmari: de qua re cū ostenderē nullum uerbum esse apud Simplicium respondes te collegisse id a Simplicio dici: At liber est in manibus compater. Simplicius id non dicit: male ergo collegisti. Iam. n. monstratum. Demonstratū est etiam te non bene demonstrasse. Prius enī. Deus & idea idem sunt. nec esse ideæ aliud est ab esse dei: sed quia rationes diuersæ sūt. alia de deo ut deus est alia ut idea est pronūciantur. Cōpositionem: Cōpositio hæc secundū rationē est non secundū rem. Subtilis: Adeo subtilis ut iam cēties repetitam adhuc intelligere non possis: ut mox patebit: ex quo nobis negocium exhibes.

Nō pōt: Nō l3 tecū nisi p finito log. at scias hoc gen^o locutiōis a pclaris auctorib^o ē sacris sape usurpatū qle illā fm sūtitudinem melchisedech.

Præterea si: Vnum quod
platonici de deo enūciāt
nō denotatiuum est: sed
substantiū hoc autē: quia
Platonica omnino igno-
ras: & græcam linguā in-
telligere nō potes. Vide
igit quod sit subtilis hæc ap-
pellandi ratio.

Præterea: Patet & hinc
quomodo aliter materia
una aliter deus dicatur.

Platoniorum: quo-
modo tu platoniorum
potiusque Dionysii rōnem
sequi me dicis: cum nec
platonicos nec Dionysii
ut magna etiā uoce glo-
riaris unquam legeris. at sci-
as idē eē apud platonicos
dei typum eē unitatem
& apud Dionysii deum
unice esse omnia.

Radix cui inniteris: Vi-
de quod illa radix sit firma:
quam tu nec uiribus ul-
lis uincere nec duro pos-
sis conuellere ferro.

Ego itaque: His oībus sa-
tisfactum est in priori-
bus epistolis.

Hoc est uerum: Nimis
amas aurum cōpater: quod
tātū illi tribuas ut credat
eum eē posse etiam si de-
us non sit.

Mundos arbitrantur:
Qui hæc dicunt: & aurū
dicūt eē puguātia dicūt
& propriā ignorāt uocē.

Si deus non esset: & au-
rum esset aurum esset au-
rum: & aurum non esset
aurum impossibile enim
impossibile parit.

Absolutū. n. Nō ē hæc
relatio accīdētis ab auro
distincta: sed substantia-
lis de qua uide apud Hé-
richū gandauensem nisi
de dignatis.

Præterea si materia iuxta platonicos una est ut scribis nec materiæ om-
tas aliud sit: aliud uero materia quod abste negari nō puto: qua rōne
una poterit defendi: nō enim ueritatē similis est: alioquin deo quoque simi-
lis foret. Præterea prius quoque dixisti deum esse unum: quia unice est
oīam nunc uero platoniorum: potiusque Dionysii rationē approbare uide-
ris priore fortassis abiecta: quam si adhuc tenes reliquū est argumētis
respondeas: quæ scripta sunt: nō. n. radix cui inniteris ad soluēdas obie-
ctiones meas uera est deū scilicet ens nō eē neque essentiā: quēadmodū
iā pene declarauī. Sed iā ad diffinitionē ueri a te positā ueniamus. Di-
xisti in priore libello uerū ab Augustino ita diffiniri uerū est quod est:
& ne eadē uideret uerū & entis diffinitio addi inquit oportet hoc mō ue-
rū est quod est id quod dicit. Ego itaque cōtra diffinitionē hoc mō oppo-
sui esse id quod dicit nihil aliud significare uidet nisi eē id quod appe-
lat. rem autē appellari hoc nomine aut illo est hoc: aut illud uidet: qua-
re tandem cōcludi uidebat hoc mō esse id quod dicit nihil aliud est ni-
si eē quod uidet. Cum igit nulla cōtradictio sit uidet esse quod est &
uidet eē quod nō est ideo probabā falsum nō esse uerū negationē: diffi-
nitio cōstabat. Quia uero nunc clarius diffinitionē tuā explicasti: nō
deerunt quæ magis multa uideant formalē mihi diffinitionē improba-
re. Verum enim inquis est id quod dicit. Hoc est uerū est quod est id quod
ipsum est: puta aurū est uerum aurū: quod est aurū: Sed cōtra est quod si
deus nō esset & aurum foret: Aurum esset id quod ipsum est: & esset ue-
rum: tñ non esset: ex quo nulli quadret ideo. postea enim dicis res ueras
esse quod ideo quadrant atque respōdent: Si uera diffinitio hominis est a ra-
tionalē cōtradictio est purare: si deus non esset & hō esset animal rōna-
le: hominem non esse hominem: neque illud respōderi potest: quod alias
dictum est contradictionem scilicet claudere deum non esse & aurum
esse: nulla enim cōtradictio est: quod theologi quoque ipsi & philosophi
& dialectici aperte confitent: fingi enim pōt aurū esse: deū tñ non esse
nec primā oīno cām: nec primū ens: qui enim infinitos esse mundos ar-
bitrant aut celos in infinitū eē multiplices: aut multa huiusmodi simi-
lia nō ppea negant aurum esse quod oculis cernit & manibus tractat.
Præterea siue contradictio sit siue nō sit: nondū rō soluta est. Ego enim
ita dico: Si deus non esset & aurum foret aurum esset aurum: non ta-
men esset uerum: Non igit formalis ueri diffinitio est esse id quod ip-
sum est: Sicut nec formalis esset hominis diffinitio si dixerim. Si deus
non esset & hō esset animal rōnale iam nō ppea hō esset. nihil enim pōt
propria diffinitione destitui nec cuiuspiā pōt diffinitio cōuenire. Cui no-
men diffinitum aptari non possit. Præterea negare non potes aurū pri-
us natura aurum esse quod dei quadret ideo: absolutū enim prius relatio-
ne est: Aurum igit & si aurum sit uerū tñ esse non pōt nisi ppter auri na-
turam similitudo quædam adueniat: qua exemplari suo respōdeat: siue ali-
ud sit similitudo aliud aurum siue nō: quod propriā seorsum habet quæ-
stionem. Præterea diffinitionē entis ponere uidetis hoc mō ens est quod
est alioquin non diceret diffinitionem Augustini hoc modo oportet ex-
plere. Verum

OBIEC. LIBER SECVNDVS

plere. Verum est id quod ipsum est ne si quod est solummodo diximus eadē uideatur ueri & entis diffinitio. Si igitur entis diffinitio est: quod est ea uero ratione: qua ens est quod est: est quoque ipsummet & ens: eadē igitur ratione qua aliquid est ens: eadem uerum sit necesse est quod penitus falsum est. Præterea si uerum est id quod ipsum est. Cæcitas uera erit: & mors & falsitas & omnino non ens. Cæcitas enim est cæcitas & mors est mors & falsitas est falsitas, non ens quoque est non ens: horum quodlibet uerum erit nullo intellectu penitus cogitante. Quod si quodlibet horum uerum est: necesse est unū sit. At scio mox dices: Non ne concessi quodlibet horum esse ac propterea uerum his uerbis: quæ ad te scripsi: sicut falsum est falsum: ita falsum esse falsum non falsum: sed uerum proptereaque non diuisum: sed unum. Sed contra est quod omne unum bonum est eodemque modo uerum: Cæcitas autē non solum mala est: sed iuxta ea quæ scribis omnino mala est: & nihil boni sapit. Similiter & mors: Cæcitatē enim & mortis naturam appellare uideris naturam mali absolutam bonoque impermixtam: nihil igitur horum uerum est: nec unum maxime quando anima non cogitat. Præterea uerum est quod quadrat idæ: cæcitas uero & mors nullam habent idæam. Præterea si deus non esset: nec aliud quippiam: quod intelligentiæ est capax: nihilominus non ens esset non ens: & nihil esset nihil: aut enim aliquid aut nihil: non quidem aliquid ut constat: igitur nihil & non ens: esset igitur id quod ipsum nunc est & tunc foret. Si igitur uerum est quod est id quod ipsum est non ens & nihil uerum foret: quod fieri non potest: nulli enim quadraret idæ: non igitur formalis ueri diffinitio est esse id quod ipsum est. Conaris præterea defendere quod a te prius dictum est falsum quodlibet contradictionem claudere: atque falsum omne contradictionem claudere quandiu falsum est. Adiciis & hæc uerba. At me sedere neque uerū est neque falsum. Si uero adicias me sedere dum sto illico ut falsitatem ita etiam inuehis contradictionem: nam me sedere dum sto contradictionem claudis: & quod primum desinit esse falsum: ut cum sedere incipio tamen primum a diuisione redit ad unitatem. Sed uideas rogo an tecum cōuenias. Verum enim & falsum opponi putas non quidē uelut contraria: sed tanquam affirmationem: negationemque. Quomodo igitur medium reperiri potest: nisi inter affirmationem negationemque sit mediū. Præterea omnis enuntiatio aut est uera aut falsa nisi primum principium neges: quod est in quolibet contradictionis alteram partem ueram: alterā uero falsam. Quomodo igitur te sedere neque uerum est neque falsum. Equidem non uideo qua ratione id tueri possis nisi omnem philosophiam & contrariorum omnem conceptum tollas. Præterea si falsum omne contradictionem claudit quod diu falsum est deum non esse: quod falsum est contradictionem claudet quandiu in rerum natura deus existit. Si igitur deus non esset: neque falsum esset deum non esse: neque contradictio: Si igitur falsum est ueri negatio quemadmodum ponis erit uerum deum non esse si deus non sit: Sed uerum omne bonū est ut das: igitur si deus non esset bonum

Diximus eadem. Omne quod est: hoc est ipsum quod est. quare & omne ens uerum: & omne uerum ens. Sed alia & alia ratio.

Cæcitas autem: Aliud est cæcitatem esse ueram aliud cæcitatem esse cæcitatem uerum esse: quare frustra multis uerbis labbras ostendere cæcitatem non esse ueram.

Verum enim: me sedere aut uerū aut falsum semper est: quia semper ego aut sedeo aut non sedeo: et quod dicitur me sedere nec uerū nec falsum: hoc est propositionem hanc ex sibi: nec ueritatem determinare nec falsitatem: quod faciunt propositiones necessarie. Sed cum fieri possit: ut & sit uera: cum scilicet sedeo & sit falsa: cum non sedeo ex seipsa ad utrumque inde terminata est. sed proculdubio mi compater & charta abundas & ocio: quod ad hæc descendas etiā pueris nota.

DE ENTE ET VNO

Sed uerum: Bonum & malum sunt in rebus falsum & uerum in anima: ideo ppositio uera significare potest rem malam quamuis propositio ipsa quatenus uera eatenus bona: & res ipsa quatenus mala eatenus falsa sit. Aliud autem dicere est. Peccare iudam est uerum: aliud est dicere peccatum iudae est uerum.

Præterea omne: Omne falsum diuisum quod in priore diximus libello, sed non esse falsum ex æquo falsum: quare non esse falsum: ex æquo diuisum: quod in epistolis ad te diximus. non enim ex æquo falsa quæ necessario falsa sunt: & semper falsa sunt: & quæ non sunt necessario falsa: nec semper sunt falsa. Quapropter nec ex æquo hæc & illa diuisi rationem habent: uide an ex his aliquid sit quod uel ego dicere uere possim: uel tu coarguere possis.

fortet deum non esse: quod uidetur absurdum: neque enim simpliciter bonum foret neque alicui bonum: sed omnino non ens. Præterea superiore epistola dixisti omne falsum ideo diuisum a se ipso esse quod contradictionem claudit: Si igitur non omne falsum simpliciter & absolute contradictionem claudit sed solum quamdiu est falsum diuisum est. Cui enim ratio essendi & causa non conuenit: nec id utique conuenit cuius ratio est: & si simpliciter non conuenit unum nec alterum: non igitur falsum omne simpliciter diuisum est quod dari non potest: omne enim falsum simpliciter & absolute est non ens: Ambo enim ut potius conuertuntur: eadem igitur ratione simpliciter diuisum est: Si diuisum & non ens commeat: Præterea omne uerum simpliciter unum est: igitur omne falsum simpliciter diuisum est: Alterum enim est alterius negatio: præterea si monstrauero omne falsum absoluto diuisum esse: quid causæ fuit cur non auderes enunciare simpliciter quidem & absolute omne falsum diuisum esse: sed tunc solum quando oppositio est: diuisionem uero falsi demonstramus hoc modo. Socratem sedere est falsum socratem autem sedere non est socratem sedere igitur a se ipso diuisum est. Si enim socratem sedere est socratem sedere & Socrates sedens est socrates sedens: ambo enim coniugata sunt: si uero Socrates sedens est socrates. igitur facta simplici conuersione socrates est socrates. sedens igitur est sedens. igitur sedet: quod falsum est: eadem ratione probabo chymeram non esse chymeram nec chymeram esse: esse chymeram: chymeram esse. Si enim chymera est chymera est animal. Chymeram enim intelligimus animal ex hyrco constans & seruo: aut aliquod huiusmodi. Si uero est animal uiuere potest & mori: quod inter nos non conuenit: qui chymeram ponimus nequaquam a natura posse produci: sicut nec monsaureus generari potest. Præterea si chymera est animal: aliquid animal est chymera: sed nullum animal est chymera: omne. n. animal est: & uiuit: & est simpliciter ens & aliquid: quod enim non est: non est animal: nisi æqui uoce: chymera igitur non est chymera eadem ratione. nec chymeram esse est chymeram esse. Si enim generari est moueri: generatio est motus: Igitur si generatio non est motus: nec generari est moueri: pari ratione si chymeram esse est chymeram esse: chymera est chymera: Ambo. n. coniugata sunt: sed chymera non est chymera: ut iam probatum est: igitur nec chymeram esse est chymeram esse. Præterea nulla chymera est chymera. igitur nullam chymeram esse chymeram: uerum igitur falsum est aliquam chymeram esse chymeram: eadem ratione monstrabitur uacuum non esse uacuum ex quo non est: nec cæcitatem esse cæcitatem si nihil eorum sit semper tamen non ens est non ens. non esse. n. non ens est & uerum. sicut & chymeram non esse est & uerum pariter & necessarium. Cur igitur uereri oportuit ne quid coargui posses si simpliciter & absolute enūciasses omne falsum in se ipso diuisum esse? Quare non fuit opus ad contradictionem refugere. Deinde soluta non esse argumentationem meam: qua probaui bonum malumque esse iuicem contraria ingenue confiteri: sed iccirco solutam non esse dicis: quod nodus non inerat. Arguta hercle excusatio.

Sed mirum

OBIEC. LIBER SECVNDVS

solutam non esse dicis: q. nodus non inerat. Arguta hercle excusatio:
Sed mihi est si nodus non inerat quomodo nodum soluere potuisti: uerba argu-
mentationis meae quae in primis litteris ad te scripta sunt: hoc modo se habent: bonum
ea ratione qua bonum est expetendum est. malum uero fugiendum: expetere uero
& fugere sunt inuicem contraria: quemadmodum congregare segregareque
bonum igitur & malum erunt inuicem contraria: quod Boetius quoque in pre-
dicamentis asseuerat: Tu uero ita respondes esse est appetendum: non esse est
fugendum non tamen sequitur esse contraria: Sed rogo uideat ne tibi argumen-
tatio tua meae similis esse dicat hoc modo esse ea ratione quae est esse est appetendum:
hoc est propria essendi ratio est aliquid appetendum non esse ex propria ratione est
aliquid fugiendum: sunt igitur contraria. pulchre argumentationem colliges. Hac
enim forma calidum & frigidum: album & nigrum contraria esse demonstrauimus. ratio. n. calidi est etherogenea segregare frigidum uero eogregare albi
quoque ratio est oculos disgregare: nigri uero eogregare: Argumeto meo
cum tu coram frideres dixisti propriam boni rationem non esse quod sit aliquid
expetendum: quod tamen a philosophis omnibus conceditur: maxime
latinis: & Aristoteles primo ethicorum libro dicit recte diffinierunt bonum
dicentes id esse: quod omnia appetunt: id quoque audientibus mirabile uisum
est. Cumque ratio boni abs te posceretur dixisti eo aliquid bonum esse: quod
ordinatur in deum. Sed mox subiecti igitur deus non est bonus dictum
est deum non esse bonum: sed bonitatem adieci: igitur inter bonum ma-
lumque aliquid est medium: Deus enim non est bonus: non etiam est
malus. Quomodo igitur defendi potest malum esse boni negationem.
Si media aliqua conceditur. Praeterea si malum est negatio boni: Ma-
lum & non bonum idem sunt. Vnius enim unica est negatio: Sequitur
ergo est non bonum. igitur est malum: ex negatione igitur colligi potest
affirmatio. Praeterea nec sequitur: Si enim malum est uel priuatio: uel
aliquid priuatum. Si priuatum est subiectum aliquid est: igitur & bo-
num: Si priuatio est igitur in subiecto igitur est: sed quicquid est ens
quodammodo est & bonum: non igitur est non bonum. Praeterea negas
uerum esse quod Aristoteles in predicamentis dicit bonum scilicet &
malum contrariorum genera esse: quod tamen uel Boetius uel latini
expositores negare non audent: Tu uero post habitis interpreti-
bus latinis ad solum Simplicium refugis qui ait hac ratione bonum
& malum contrariorum genera esse quod ex contrariis alterum sem-
per bonum est: hoc est melius est: alterum malum est: hoc est peius est
quod Beatus Thomas quoque ex Simplicio refert: Sed si licet Sim-
plicio opponere: contra est quod Aristoteles eodem loco dicit non so-
lum bonum malo contrarium esse: uerum etiam aliquando malum ma-
lo. Si uero ipsum bonum Aristoteles uocat quod melius est malum
uero quod est peius erit semper bonum malo contrarium. Praeterea
si bonum & malum quae contrariorum genera esse Aristoteles dicit
sunt melius & peius bonum & malum in relatiuorum genere ponen-
tur: in quibus sunt melius & peius: quae relatiua sunt. Aristote-
les uero dicit bonum & malum in genere non esse sed genera.

Sed mirum: Dicere de-
bueras quomodo nunc
soluisti: nam non est mihi
non soluere quod non ha-
bet nodum. In hoc igitur
me admireris quid solue-
rim: quo nodus non erat.

Similis esse: Cur non si-
milis: cum quemadmodum
hac ita & illa nihil uirtutis
habeat: nam si bonum qua
ratione bonum sit expe-
tendum: malumque fugie-
dum sintque fugere: & ap-
petere contraria quomo-
do ex hoc sequi probas bo-
num malumque esse contra-
ria: hoc est quod tibi est
probandum: ad quod ta-
men probandum neque an-
te ullum unquam uer-
bum fecisti neque nunc fa-
cis. Iure igitur dixi non es-
se nodum in tua argumen-
tatione: quia quod tibi p-
bandum est non solum non
ualide probas: sed nullo
modo probas: aut proba-
re etiam tentas.

Tu uero: An tu qui boe-
tianus esse soles & barba-
rorum irrifor: nunc eos
rides qui post habitis lati-
nis interpretibus graecos
interpretes sequuntur: sed
& Thomas tuus non so-
lum latinus: sed inter lati-
nos praecipuus Simplicii
expositionem non solum
refert: sed & probat: Tu
autem non solum Simpli-
cio aut Thomae non assen-
tiris: sed & latinos dicis
expositores id negare non
audere. Mirus homo es.

Miraris: Quis non miratur: Mirabar tunc cum nondum acumen tuum perspexeram nunc non miror: multa enim cōsimilia.

Allegem falso: Et tu in fra fateris: & falso allegasse: sed dicis hoc nullius esse momenti: quomodo ergo mens tua me fugit. Illud fateor me fugisse nullius esse momenti Simplicio ascribe: quæ non dicit.

Credebam enim ego illud errare: qui diceret: Simplicius hoc dicit: quod tamen Simplicius nusquam diceret.

Si enim: Quid ut te explices totum Thomam te pervertere oportet & nescio quas semiplenas priuationes tibi fingere: negareque Thomam ibi propriè accipere priuationem & habitum cum dicit malum priuatione opponi bono: non ne tota questione probat malum esse nihil: & inde colligit malum esse priuationem non autem contrarium: an priuatio quæ nihil est semiplena priuatio est cæcitas iteque dicimus perfectam mali habere rationem non quia omne bonum adimat quod enim hoc nescit: sed quia totum illud bonum cuius priuatio dicitur hoc est visum adimit quod non facit ophthalmia: hæc sunt igitur mala quæ nullo modo uult contraria dici posse Thomas quæ cum ueram mali rationem habeant: profecto qui dicit malum ex sententia Thomæ esse contrarium non minus errat quam erraret ille cōpater meus qui dicebat Simplicium dicere quæ non dicit.

Miraris postremo malum & bonum a me contraria uel ex Thomæ sententia affirmari: & quod maius est aberrare me dicis: quod dicis Simplicium falso allegasse: falso quoque dixerim Beatum Thomam eius testimonio probare malum bonumque esse inuicem contraria: Sed caue ne tu erres: qui parum mentem meam uel uerba perpendisti: uerba quidem quæ in secunda epistola ad te scripta sunt: hac serie leguntur. Dico igitur rursus: & approbo bonum malumque esse inuicem contraria: non quidem quemadmodum album & nigrum: calidum & frigidum: quæ omnia uere qualitates sunt: sed quemadmodum sanum & ægrum forte ac debile rarum & densum: pulchrum & turpe: & similia huiusmodi multa: nec beatus Thomas id negat: sed uir quidem eminentissimus in prima questione de malo circa solutionem secundi argumenti monstrat quomodo bonum & malum: & si priuationis & habitus oppositione aduersentur inter contraria tamen computari solent: idque Simplicii auctoritate confirmat.

Recordare igitur Aristoteli in prædicamentis quattuor oppositionum genera assignare. Item memineris Aristotelem huiusmodi genera a se inuicem seiungere. Rursus nota sanum ab eo & ægrum inter contraria numerari: hac igitur ratione qua Aristoteles contraria a reliquis oppositionum generibus seiungit. Ego bonum malumque contraria esse affirmavi: rursusque fateor. Atque hoc etiam quod diuus Thomas dixit in prima questione de malo: Bonum & malum esse contraria: quemadmodum sanum ægrumque: non autem quemadmodum uisus & cæcitas. Tu uero dicis: Monstrabo tibi quam contrarii proprietatem malum omnino nesciat. Licet enim malum quiddam bono cuiusdam contrarium uideri possit ut ægrum sano: eo quod boni aliquid relinquit: offeram tamen malum quiddam: quod bono nequaquam potest hac ratione opponi: puta mors & cæcitas. Sed equidem nescio an similes. Si enim uerba Thomæ accuratius legisti plane intelligi potest: quomodo nec cæcitas nec mors aliud malum potest ex toto bonum auferre. Cæcitas quidem uisum auferit: & totum sed non uitam nec corpus: mors uitam quidem penitus auferit: sed nec corpus nec materiam primam. Quod igitur fefellit est: quod cæcitas profecto est uisus priuatio: & uitæ mors: sed non propterea credi debuit perfectam esse boni priuationem: Nonne Thomas aperte ibi confitetur & dicit malum bono contrarium esse: quemadmodum ægrum sano: non quemadmodum cæcitas uisui: cæcitas igitur in quantum mala est: aliquid boni relinquit cui innititur: in quantum uero est cæcitas nihil uisus adesse permittit. Quod uero beatus Thomas ait bonum malumque uelut habitum priuationemque opponi uerissimum est: Eo enim loco beatus Thomas ea propriè habitus uocat & priuationes: non solum quæ perfecti habitus sunt: perfectæque priuationes: quæ solummodo Aristoteles in prædicamentis habitum & priuationem uocat: uerum latius omnia quorum alterum est habitus alterum uero priuatio siue integra: siue semiplena sit: tamquam habitum & priuationem opponi pronunciat. Quod uero dixi: idque Simplicii auctoritate confirmat: tale est. Simplicium ait beatus

tus Tho. in p̄dicamentis dicere ea p̄prie uocari cōtraria quorū utrūq̄ est aliud. Aristo. uero sanum & ægrum inter cōtraria numerat: nō etiā cæcum & uidens. Simplicius igitur qui Aristo. interpretatur necesse est causam reddat: cur non oēs priuationes Aristoteles inter contraria computarit causam uero explicare non potest nisi q̄ dicta est. Beatus igitur Thomas qui ait simplicium dicere ea p̄prie contraria uocari: quorum utrūq̄ est aliud cum causam explicet ob quam sanum & ægrum inter contraria numerentur nō etiā cæcum & uidens ex simplicio necesse est id colligat: qui Aristotelem exponit qd̄ siue uerum siue falsum sit res nullius momenti est in qua peruagandum sit. Quoniam uero postremis litteris malum quod boni negationem putas appellare uideris malū qd̄ oīo malū sit: eodemq̄ modo falsum ueri uniusq̄ diuisum p̄cūctari te uolo An chymērā putes eē oīo nō ens: Si negabis tibi necesse ē cōtradicas: q̄ prius dixisti chymērā esse oīo non ens & falsam: Si uero dederis oīo nō ens eē p̄cedā hoc mō: non ens & oīo malū sunt paria: chimera autē est omnino nō ens igit̄ & oīo mala: quod fieri nō pōt: chimērā. n. eē cōtradictionem nō claudit: pōt igit̄ a deo creari: qd̄ uero pōt esse: esse autē bonum est qd̄ igit̄ pōt creari pōt bonū esse: sed potētia ad bonū bona est: chimera igit̄ nō ex toto mala est. Præterea chimera & a deo & a nobis pōt intelligi: pōt igit̄ ap̄ mentē nostram esse & aiū: igit̄ quoquo modo pōt esse qd̄ autē quoquo modo potest esse quoquo mō bonitate p̄cipat: chimera igitur nō ex toto mala est. Præterea nihil pōt malū esse nisi fugiendum sit: nihil uero fugi potest neq̄ uitari nisi cognoscat̄ aut ab eo quod fugit aut a deo q̄ naturalem fugē instinctum inferuit necesse est igit̄ malum omne quodāmodo cognosci possit: cognitio autē bonum quiddam est: igitur & posse cognosci. potentia. n. ad bonum bonum quiddā est. Præterea Aristo. quarto metaphysicæ dicit negationes priuationesq̄ quodāmodo entia esse: immo & ipsū non ens quodāmodo ens esse dicit cuius signum est inquit q̄ dicimus non ens & nō ens: quod uero quoquo modo est ens quoquo modo bonū est: chimera igitur in qua uerum est nō entis uocabulum prædicare quodāmodo est ens & bona: Præterea malū est priuatio boni: priuatio uero omnis est negatio formę i s̄bo apto nato formam & habitū habere. nihil igitur malum eē pōt quod boni eapax nō sit & aptum capacitas uero & aptitudo in bonum bona est: Malum igitur omnino malum esse nō potest unde Augustinus inquit malum semper in bono esse: Præterea si malum est priuatio boni ut dicis quo modo potest esse boni negatio. alia. n. est oppositio priuationis & habitus alia uero affirmationis negationisq̄: Præterea tuarum partium est monstrare factam prius a te rationem ualidam esse qua probabas ex Aristotele & Tho. deum ens non esse: ego enim utranq̄ infirmam nec satis est dicere. Scio aliquando a peripatheticis deum ens uocari: sed & illud scio ap̄ eosdem appellatione entis deū aliquando non claudis: Monstra. n. rogo quo in loco uel Aristo. uel aristotelici deum entis appellatione non censeant.

Siue uerū Cur igitur non ingenue fateris te errasse. Neq̄. n. mirum est homo es.

An chymeram: In ista tua chymera multas finis chymeras.

Creari: Si creari chimera potest a deo nō est hæc potentia in chimera sed in deo.

Præterea Chimera: Notio quam mihi de chimera formo: ut aliquid ē ita bona est ipsa uero chimera ut nihil est ita neq̄ bona est.

Aristo. iiii. meta. Bonum & malum secundum te sunt contraria & utrūq̄ cōtrariorū est aliquid positiuū ergo & qd̄ ē bonum est aliquid positiuū & q̄ est malum est aliquid positiuū & secundū te nō ens ē bonū ergo secundū te nō ens est aliquid positiuū. & aliquid & ens cōuertitur ergo secundū te nō ens est ens positiuū uide quo nos p̄duxit tua chimera.

Præterea malū est: At fm te est contrarium nō priuatio.

Augustinus inq̄: Nō dixit malū esse bonū sed in bono.

Præterea si malū Eatenus priuatio est q̄tenus priuatio. formaliter negatio est.

Mōstra. n. Relegas priores epistolas. & uidebis hoc tibi in illis monstratum etiam fortasse plus q̄ desideres.

EXPOSITIONVM DE ENTE ET VNO

Cæterum: Attēde mox explicabo cum per hanc dictionem deus id concipis tñ quod significatur per nomen non hēt hęc dictio prædicari rationē sed subiecti. Est enim illud de quo quæritur qd nam de eo enuntiasti pos sit aut debeat: nō autem illud quod de alio enun tiatur: quare neq; id aut Simonidi erat ignotum aut consulenti eum tyrā no. Cum itē quæris si de us dici deus nō potest an sit aliud a deo quæro a te quid concipias per hanc dictionem deus quam de deo enuntias. Si nihil cō cipis nihil erras quia ni hil dicis. Si aliquid concipis dico deum aliud esse ab eo quod tu concipis & conceptum per hanc dictionem deus explicas, quoniam supra omne il lud est quod a nobis con cipi possit. Deum non esse: Veniamus ergo ad aurum tuum quod omni no nō uis perdere etiam si perdat deus. Fieri nō potest ut aliquid sit si nō sit ipsum esse fieri igitur non potest ut aurum sit si deus non sit: præterea si deus non est igitur infini tum est si infinitum est ni hil est quoniam si infini tum est finitum non est: sed & si infinitum est infi nitum non est quoniam infinitū se ipsum perimit quēadmodū & alia quæ contra dictionem clau dūt si nihil est aurum nō est. Hęc satis credo esse tibi homini quātum uis ingenioso.

Vale.

Cæterū si uocabit explicato quō defendas deū esse & unū: deū tamen nō esse deū: Si. n. uocabulū itelligit necesse est descriptionē quādā ab aīo formari: q̄ data mox sequit deū esse deum: nec. n. Simonides poeta tēpus ad rñdendū petisset tyrāno q̄rēti qd est deus nisi uocabuli inter pretationē & notā aīo cōcepisset: in oī. n. qōne prima ē uocabuli signi ficatio. Præterea si deus est unus: aliud unū est deus: qd nō nisi deus eē pōt: Itē si deus est & nō est deus: est aliud a deo: A se ipso igit aliud esse necesse est. Præterea si ideo deus nō est deus q̄ nomē dei concretū est aliud significans: & aliud concedi nō debet deum esse: deū esse unum: nihil. n. est in rerum natura qd deitate participata sit deus. Postremo monstrabis quomodo uel probes uel defendas cōtradictionem clau dere deum non esse & aurum esse: grata erit mihi huiusmodi disputa tio: nec tibi debet esse molesta: est enim disputatio cribrum ueritatis: Suauissimus animæ cibus nihil habens ingrati. Vale.

Quartæ obiectiones.

Non ideo dictū est deū ens nō esse q̄ eē in de o pro eēntia est: sed q̄a esse nō est aliud ab eēntia: qd lōge diuersum est: Alio quin ipm esse lapidis: qd sibi pro eēntia est: nec ens erit: nec bonū: esse. n. lapidis nō est eēntia: sed ipm sibi: & esse suū: & sua est eēntia. Si in negatiōibus: & priuatiōibus qd sint q̄ri non pōt: Cū igit sint nō satis est ad qōnē qd est formādā scire rē: de qua q̄rit esse: sed ampli us scire oportet: & esse: & aliqd esse q̄renti igit qd est ridicule ac irritatio nabiliter: rñdē ens: aut aliqd siue ens prio mōsiue secūdo capiat qd si queratur quid sit peccatū uocabuli potius est q̄stio q̄ rei. Si ali qd est ens: ideo iuxta positionē tuā esse ens: q̄ eē est aliud scdm rem ab essentia: aliud est inqs hūanitas: aliud hō: aliud albū siue albedo: aliud res alba: igitur si idea est ens ideo erit ens: q̄ esse ideæ est aliud ab idea. Idea aut deus est: esse igit ideæ est aliud a deo: est igit i deo scdm rem cōpositio nō solū scdm rōnē. Iuxta denominatiuorū diffinitionem unus ab unitate denominatiuum est: deus autē iuxta tuā positionē ex similitudine unitatis unus dr: nō igit ad substantiā dei spectat p̄dicatio: quā platonici dicūt deus est unus: p̄terea cū dicimus deus est unus nō qd sit sed quō sit significari putas: modus aut ex accidētū est gñe non igit uocabulū unius in deo substantiuum est neq; ad rē p̄tinet: q̄ uel Pla tonicā sectā nō didicerim uel grēcā linguā ignorē: nō enī id satis est ad turādā academicorū disciplinā. Si deus nō eēt & aurū eētaurū in q̄s esset aurū & nō esset aurū: igit esset aurū: Si igit diffinitio ueri con stat erit uerū nulli q̄drans ideā. Si socratē sedere neq; uerū est: neq; fal sum eo q̄ necessariū nō est: eqdē defendā nō in quolibet affirmationē uerā esse uel negationē: nō enī in quolibet uel una uel altera necessari am hēt ueritatē. Si bonū & malum sunt in rebus: neq; uero: & fal sum in aīa ubi est tua affirmatiōis & negationis oppositiō: negatio enī nihil ponit: Quō etiā chymera in rebus. est & aīa. si est oīno uō ens & falsū: cū non ens & malū mutuo conuerti putes. Si cæcitatē esse cæci tatē uerū est & q̄s non uideat cæcitatē esse uerā: idē enī sunt: sola enī cæ citate

OBIEC. LIBER SECVNDVS

citate posita ponit hoc quod est cecitate esse cecitatem: & ablata auferit unde ea-
 deratione loc. & locatē esse socratē idem est & eadem generatione utrunq; genera-
 tur: & p se deus quoq; & deū eē deum idē: utrunq; enim eternū est & prima ueritas.
 Si falsum oē simpliciter diuisum est ut pbatum esse nō negas dici nō debuit falsum
 quiddā cū hac solum cōditione diuisum esse hoc est q̄ diu falsum est: Si enim oīs ho-
 mo simpliciter & absolute est risibilis cōditionē nō oportet adiungere: quia restri-
 gas dicens: omnis homo est risibilis q̄ diu est homo: nec propterea restrictū debuit
 adiungi q̄ nō omnia falsa sunt eq̄liter diuisa: aut falsa nec enim omnia entia sunt & q̄-
 liter bona: absolute tamen bona sunt omnia. Quomodo concludat bonum ma-
 lumq; esse contraria: si prosequi: & fugere sunt contraria facile constabit. si ratio cō-
 trariorū motuum latis a te fuerit intellecta. Quid miraris si dico latinos Aristo-
 telem non negare: que n Simplicius negat: non etiam boetius: nunquid propterea
 uel Boetium nō imitor uel barbaros extollo. mirum ne hominem uocas: Ego uero
 te mirabilē appellarim: qui cum boetium imites posthabito interim Simplicio me
 Boetium alpernari: & barbaros sequi existimes. Si cōtraria sunt bonum & malum
 chymeram uis probare aliquid esse: quod in rerum natura sit: sed si perceptum sit q̄
 ratione bonum & malum contraria dixerim: quod nondum aut uis: aut potest intel-
 ligere nihil ex chymera probauis. Priuationes quasdam a me Semiplenas uo-
 cari plurimum admiraris & nullas esse probas hoc modo: Malum est nihil: igitur
 non est semiplena priuatio: Ego uero argumētum tuum prosequens: sic dicam: egri-
 tudo mala est: igitur nihil est non est igitur semiplena priuatio: est autem priuatio
 quædam ægritudo: non igitur est uel sanitatis uel boni cuiuspiam semiplena priua-
 tio: sed plena potius: & perfecta: quod fieri non potest imperfecte igitur priuatio-
 nes semiplenæ sunt ut ægritudo: raritas: turpitudine: cecitas uisus perfecta: boni im-
 perfecta: bonum enim quod in uidente est totum non adimit.
 Si uerum est quemadmodum scribis malum omne boni aliquid reliquere: chyme-
 ra igiturque est omnino non ens: & mala boni aliquid retinet. Si uero boni aliquid
 seruat non omnino mala est: neq; omnino non ens. licet etiam potentia: qua creati
 potest & esse: in deo sit: & notio: qua potest intelligi sit in animo non tollitur quin
 chymera potentia bona sit: & ens: est enim potentia dei: & chymera alia & alia ra-
 tione: nec enim negamus antichristum potentia bonum esse cuius potentia qua po-
 test esse partim est in materia partim in coelo: & homine. Præterea quomodo Chy-
 mera. Si omnis interim cogitatio & potentia dei excludatur: est omnino non ens
 & mala. Vt enim non ens sit certe mala esse non potest: Malum enim est priuatio:
 quæ in subiecto consistit: quod necesse est bonitate participet: alioquin subiectum
 esse non posset: Quod enim omnino non est subiici non potest.
 Respondum improbari: quod a me dictum est: idq; simplicii auctoritate confirmas
 nisi quod ais simplicius non dicit: sed non propterea gloriari oportuit: neque enim
 Aristotelem sentire omne omnino ens uel per se uel per accidens esse nec bra-
 uo Thomæ aliquid propterea falso ascripsi.
 Licet priuatio omnis negatio quædam sit nondum tamen constat aliam non esse af-
 firmationis negationisq; oppositionem aliam uero priuationis & habitus: neopte-
 propterea si malum est priuatio boni malum & non bonum conuenit necesse est.
 Defensio per quam qua turari uis deum non esse deum. ego nec uerum nec Beato
 Dionysio consentaneam puto nec beatus unq; Dionysius deum negare esse deum.

Sed quemadmodū. B. Tho. interpretat nullum nomen dei naturam integre potest
 explicare: nec alia ratione affirmationes putat deos eē incōpactas. Tu uero dicis
 dei nomē si descriptionē hēt subiecti rationem habere non etiā pradicari: sed hoc
 eōcesso argumentū perstat. Sit enim. a. ratio nominis dicaturq; hoc modo deus est.
 a. ratio enim cuiuslibet de eo pradicatur cuius est ratio. igitur facta simplici cōuer
 sione. a. est deus. igitur deus est deus: item dicis cum queritur an deus sit aliud a deo
nihil diceret. Si aliquid cōciperes dicere deum aliud esse ab eo quod tu cōciperes
& cōceptū per hanc dictionem deus explicares: qm supra omne illud esset quod a
nobis

APOLOGIA

a nobis concipi posset hæc ille. Credebam ego patere tibi ex uerbis iis uerissimam du-
bitationum tuarum super hac resolutionem: Tu uero contēdis a Dionysio non negari deum
esse deum. lege oro Dionysium capite ultimo libri de mystica theologia & epistolam **Dionysius**
primam ad caesarem & tibi palam fiet omni appellatione deum esse maiorem: lege
item eundem secundo capite celestis hierarchiae & intelliges diuinum hominem
nos edocere diuinæ ueritatis similitudinem subiectam omnem uitamque transcendere nul-
lam hæc exprimere lucem omnemque sermonem omnem mentem atque rationem absque ulla com-
paratione illius similitudine inferiorem ex quibus mentem patrum putarim se posse per-
pendere ut. scilicet eo modo dici uere non possit. deus est deus ut per hoc nomen deus ui-
cem prædicationi gerens illud quod per se ipsum conatur comprehendere declararet non quin ali-
quo modo posset dici deus est deus quemadmodum dicitur deus est bonus deus est sa-
piens & alia conceduntur prædicationes quibus sacri codices pleni sunt in quibus
quoquomodo de deo aliquid enūciatur. Sed illius natura non explicatur cum ab illis conce-
ptibus distet in infinitum: quemadmodum satis aperte quinto capite libri de ente & non
patruus ille meus edocuit quod super iis **Dionysii** uerbis quæ a Thoma adducuntur ue-
luti arbitraris locutus non est sed super iis quæ paulo ante sunt allata. Porro **Dama-**
scenus. mascenus in primo libro sententiarum sue theologiæ scribit eam quædam affirmatiue
de deo dicta uirtutem super excellentiam negationis habere ut uerbi causa si tenebras in deo di-
camus non tenebras intelligimus sed lucem non esse. uerum super lucem lucemque dicimus cum te-
nebræ absint quæ sciam doctissimum & deuotissimum patrum cæcellarius præctas igitur
sic. Igitur quicquid de deo affirmatiue dicimus includit negationem aliquam & paulo post præ-
terea dicit Dionysium deum negare esse ens sed super ens esse affirmare. Deum esse sapientem ait
Egidius. **Egidius.** primo scilicet libro sed non eo modo sapientem quo nos intelligimus unde dicit
hæc esse causa cur **Auerrois.** **Auerrois.** xii. metaphysicæ has quas deo attribuimus prædicationes
propositionibus mathematicis similes esse pronunciet quorum more ea quæ intelligi-
mus sunt in rebus sed non eo modo quo intelligimus cum lineam quæ est in materia non ea ratione
quæ est in materia intelligamus. Sed quod te multis moror cum uel paucis ueritatis huiusce quæ
asserimus te certior reddere possum ut. scilicet cognoscas quicquid de deo prædicamus
longe aliud quam concipimus & enūciamus significare. Ait ipsemet Iesus christus dei
uirtus & dei sapientia & ueritas teste Ioannis euangelio deus spiritus est. Ait **Dionysius.** **Christus.**
Dionysii. Dionysius libro de mystica theologia de deo uerba faciens ineffabile deitatem cōtemplans mul-
taque illa prædicata quæ nos attribuimus remouens neque spiritus est quantum scire ipsi pos-
sumus unde igitur nolle Dionysium spiritum eo modo quo nos spiritum scire possumus de deo
enūtiari per quæ ultima uerba legentes edocere uerum fore deum spiritum esse ut christi
euangelio consentiret & tamen non eo modo spiritum esse quo nos spiritum intelligimus ne dei natu-
ram nobis per aliquod nomen exprimi uere posse crederemus. Quanta uero sit Dionysii
auctoritas quantum ipsius sacratissima dogmata ab omnibus theologis quod parisiensium gym-
nasia coluerunt sint elata laudibus & celebrata licet putauerit te non latuisse cum tamen pa-
trius in responsionibus obiectionum tuarum inuenit te inter disputandum Dionysii dicta
non magnope libenter admisisse scias uel si fidissimum illud Pauli Apostoli in Christi fide
discipulum extitisse cuius ope deus eum uoluit relictis gentiliū erroribus ueritatem &
agnoscere & sequi & martiri coronari per Christi fidem donari Gregorium de eius doctrina
na Martinumque pontificem in synodo romæ contra hereticos celebrata magna dixisse **Constanti-**
nus philo- scenum aliosque complures summi eius laudibus extulisse ab hereticis eius libros occulta
tos logo tpe fideiū mentes latuisse uerbumque fuisse **Constantini** per quod omnes eius libros sophas.

memoriae commendauerant, si a pluribus patribus qui cum hereticis & sacrosanctae catholicae ecclesiae hostibus magna bella pugnarunt Dionysius habitus fuisset quam totius eos & facillime (quod & tarde & magnis exaltatis laboribus postea ab eisdem factum est) de hostibus fuisse triumphum consecutos.

Decima
octava
obiectio
solutio.

Apuleius

Cum uero probare intendis deum dici posse deum ob nominis rationem quae de nomine praedicatur dico te frustra (mi Antoni) laborare nam non enuncias aliquid de deo sed de hoc nomine deus quod ut clarius intelligatur latius explicabo: nam quia ego a te quid per aquam pro ratione nominis designasti concipias si nihil concipis nihil erras (ut uerbis utar patrum) Si aliquid concipis quaero iterum si concipis tanquam id de quo aliquid dicitur enunciar. Si hoc modo summus etiam non erras quia iterum illud a uicem subiecti non praedicati obtinebit si conciperes illud quod de eo enunciat longe aberrares nam in infinitum ipse deus maius sit omni eo quod potes concipere quae etiam Platonius Apuleius in libro de Platonis dogmate indictum appellat & innotabile ipsiusque Platonis haec de re uerba sunt ab ipso Apuleio latina facta Deum quidem inuenisse haud facile intellexisse impossibile omnes itaque de deo affirmationes improprias esse dicamus quoniam quodcumque non solum dicere sed & concipere uellemus ille in infinitum excedat quinetiam non modo in hoc ignorantia & miseria terreno carcere retenti sed nec in ipsa dei fruitione qua perfecte beamur in caelis constituti comprehendere deum sed apprehendere tantum ut nostrorum theologorum uerbis utar facultas nobis condonabitur. Praeterea pugnare inuicem has propositiones credis. I. deus est supra id quod concipi potest & aliquid de deo affirmari non potest: & ais sit nominis definitio supra id quod concipi & argumentum militabit. Sed soluitur cum enim dicitur affirmationes de deo adduci proprias non posse intelligi dat praedicatum non reperiri quod dei naturam integre representet haec uero oratio. I. supra id quod concipi potest nihil aliud significat quam deum concipi non posse & quid sit deus non posse sciri. Dicunt igitur haec uerba non solum quid sit deus: sed non posse sciri quid sit. Vnde igitur negandi potius quam affirmandi obtinet. Sed licet ibidem ut affirmet ob id tamen argumentum tuum non militabit alioquin de aliqua re nobis ignota quam quis scire cuperet ac de eius essentia nos percunctaret respondere siscitanti possumus est id quod nescimus quod non nouimus quod ad huc mente non concepimus nec concipere quimus non uideretur satisfactum petitioni illius: ut posset hoc dogmate percepto de re illa affirmatione aliquid enuntiare sed negatiue nisi forte quis iueneretur qui posset aliis intimare quid esset illa res quae ut penitus hominibus ignota supraque captum cogitationum omnium foret ita nec a se ipso aut cognosci aut concipi posset & Simonides igitur & consules eum Tyrannus, non errant dei nomen maximum quod representare & tantum unus eorum quod esset deus scire cupiebat alter se scire negauit. Praeterea uteris tali connexionem. Deus est supra id quod concipi potest ergo deus concipi non potest: alioquin ipsum supra seipsum foret non potest amari potest nec coli respondeo deum a se ipso tantum sicut est concipi integre potest a nullo alio intellectu. nec propterea sequi non posse aut amari aut coli: concipimus in tantum esse deitatem omnipotentia praeditam in infinitum creaturas omnipotentia uirtute superat ut eam nisi ex effectibus non possumus concipere. & hac admiratione excitati concipimus factique in eius amore exardescimus concipimus effectus, & eum esse summum bonum & admiramur & colimus & amamus: nam cognitis his perfectis quae fecit deus ut Themistius uerbis utar in admirationem commendationemque sui omnium aios atque ora conuertit legimus ite nos ea quae reuelata deus sunt & gratia eius praediti fide concipimus id quod

Themistius

id quod cōcipi ad plenum natura nō possumus super oīa dūtaxat illum nos amare oportere ut tandem fracto huius carnis enigmate possumus eum sicuti est summo cū utriusq; hominis gaudio quæ nostra est felicitas cōtemplari. Rursus ad hoc ut aliquid diligamus nō opus est a nobis illud perfecte aut uideri aut cognosci aut cōcipi: sed satis est si eū esse uel eē tale licet cōfule & subobscurè sciamus & hoc uel ex fide uel ex effectibus itaq; uel modica cognitiōe pūia qualiscūq; ea sit nobis est satis ad talē rē amādā possumus enim quālibet rē diligere nisi penitus eius cognitiōe careamus: ex his enim q̄ nouit aīus discit ignora amare ut ait Gregorius. Thomas quoq; in prima secūda pbat aliquid posse perfecte amari: & si perfecte nō cognoscatur & exemplum de deo inter alia proponit.

Gregorius
Arimi.

Postremo ais tācā esse auri potētiā putasse patruū ut uellemus nollemus uel re uel aīo ex necessitate deū secū traheret. Sed nō tācā esse auri potētiā mi Antoni sed īpotētiā opinatū nō mō sed certiorē factū eū crediderim ut nec ipsum aut esse aut īteligi posset aurū semoto deo: Et q̄ te ad Ioānē de bachone relegare possem cuius ī dissolutione q̄nta obiectiōs mētiōē habuimus tācā q̄n tu patruī argumēta recēsis qbus astruerat deū nō esse & aux. esse pugnare inuicē nihil rēdere uelle dixisti ne calligare uidereris in re luce clariori mōstrare cōsiliū est (etiā fortasse te iudice) fuisse opæpreciū ut ea dissoluēda sulcipes si ualuisse: si minime applicare saltē manus opi uel fateri īgenue eius assertiōnes ueras fuisse. Argumēta patruī hęc sunt q̄ mox declarabo fieri nō pōt ut aliqd sit si nō sit ipsum eē: deus autē est ipsum esse. fieri igit nō pōt ut aurū sit si deus nō sit pterea si deus nō est igit infinitū est: si infinitū ē nihil est qm̄ si infinitū est finitū nō est: qm̄ infinitū seipsum pimit quēadmodum & alia q̄ cōtradictiōē claudūt. si nihil est aurū nō est. fieri nō pōt ut aliqd sit si non sit ipsum esse deus aut &c. Cū ipsū esse qd deus est (ut nemo diffitet) nō sit cuius participatū nō mō oīa sunt quæ sunt: Sed & ab eo dependent & momēis qbus cōseruant nō mō ut oēs theologi pferim Thomas copiosissime docēt. sed etiā ut a plato ne in timō affueratū est impossibile est aurū esse q̄ ipsius esse grā ipsiusq; participatione existit. præterea si deus nō est igit infinitū est. entia oīa pter deū finita sunt certiq; terminis cōtenta: hancq; quā habent limitatā naturā dei opere & gratia habere possidentq; haud dubiū est: quāobré Platonē aīūt eius sectatores deū in philosopho terminū uocasse q̄a formis quasi mēlaris passim distributis oīa terminaret: Sed & ait sapientia liber oīa in pondere numero & mētura ab eo constituta. Si igit deus nō sit cuius cā oīa entia sunt. figurā nihil erit finitū igit infinitū. Si infinitū est nihil est qm̄ si infinitū est finitū nō est qm̄ infinitū seipsum pimit quēadmodum & alia quæ cōtradictiōē claudūt. cū probatū sit unū aliqd esse a quo cuncta esse accipiūt & si se finitū eo semoto nihil est nihilq; finitū. si enim infinitū est hoc est nō terminatū finitūq; ab illo primo cuius ope & sunt & finitū cūcta terminantq;. Seq̄t infinitū nō esse. Iccirco infinitū seipsum pimit. cū nihil aliqd sit dictū infinitū esse eo scilicet mō quo acceptū est q̄ nihil eē hāc finitū finitū sit nec deus: extra cōtrouersiā est nō finitū omnino esse. Hęc sunt Antoni quæ p patruī apicēda sūta pūli. quæ forte & alia cōtinet dogmata nō enim oīa sunt istaq; quæ illa cōtinebat. sed q̄ & alios etiā sūp verbos; corripisse sensus existimē illius me hęc uerba mouent qbus respōsiō nō terminauit. hęc s. satis credo eē tibi hōi q̄tū in īgnisolo sed in accessu delectamus & tēramus quæ interp̄tis officio fungendo scripsimus. q̄ cū satisfeciant meā quoq; claudēt rñhōē adductis prius quibulda q̄ & patruī sūam roborat & meā in eius

Thomas
Ultimæ
obiectionis
solutio
Io. de ba-
chone.

Thomas
Plato

Plato.
Liber sa-
pientia.

DE ENTRE ET VNO

Rônes ad ppositum uerba quæ ante prætulimus interpretatione cõfirmant pariter atq; elucidât. Nam de
oñdédum ficiẽte primo necesse est omnia illa quæ ab eo pdeunt interire: ut ex Aristotelis octa
Aristote. uo physice auscultationis libro colligitur. Deus aut̃ teste eodẽ philosopho est pri
 mu uerq; a quo sunt oia alia uera ergo sublato deo oia uera perire necessariũ est: sed
 si uera tendunt in nihilũ entia pariter ab interitu nõ uindicat̃ cũ q̃li abitu cõmeẽt.
 Itẽ ammoto illo q; rebus & eẽ cõicat & uiuere q; pituras easmet res oĩno nõ uideat.
Aristote. Deũ aut̃ id rebus ipsis cõdonare scia est Aristotelis. i. libro de cælo q; addit̃ et q̃buldã
 clarius q̃buldã obscurius eẽ illud cõicari. Præterea q̃cqd regit̃ ab arte primæ cãm
 pereunte illa pcũbit. Totã uero hãc machinã a prima gubernari regiq; cã testatur
Auerrois Auerrois in. ii. primæ pbiæ libro sub q̃ & aux̃ cõtineri cõprehēdiq; nemo p̃t am
 bigere. Plura alia possem in mediũ asserre ex sacris codicibus ut multa de ipso euã
 gelio multa ex apostoli Pauli sacratissimis dogmatis plurima ex aliis ut ex Grego
Grego. rio q; cũcta dixit in nihilũ decidere nisi ab oĩpotẽti deo cõseruarent̃. Ab Augustino
Augusti. sup̃ Genesim & ex. S. Tho. & a Io. scoto in tractatu de primo principio quæ tũ con
Thomas sulto prætereo qñ probasse id naturalibus rōnibus quas exposcere oĩno uidebaris
Io. scotus philosophorũq; gẽtiliũ documẽtis sat sit: qđ tu probari posse ab eo neq; credidisti.
 His igit̃ oĩbus quæ p̃fati sumus putauerim bonis ingeniis extra cõtrouersiam fu
 turũ oēs patrui op̃iones satis fuisse defensas ẽt fortasse te iudice. hæc tũ scripsimus
Ioan. mai nõ ut tecum cõfligeremus. scripsimus etiã inuite qđ & Ioãnes mainardus noster &
nardus Christophorus xolus Miradulanus ciuis nr̃ & medicus atq; tuus olim auditor te
Christo stari possent scripsimus quoq; citra odiũ cuius tibi argumentũ maximũ eẽ p̃t cũ si
phorus sa quid honoris tu uel aliq; ex pre detrahens chartis traditũ iudicaueris tuo illud arbi
xolus. tratu priusq; ad aliorũ manus rñio pueniat dispuncturus dempturusq; sim: & quis
 dem perlubenter cum te ut hominem diligam ut p̃hum obseruẽ ut christianũ colã
 qđ si mei erga te animi piculũ facere collibuerit uerbis facta præpõderasse pcipies.

Illustri principi ac dño suo singulari comiti Io. francisco Anto. Fauentinus. S.P.

Egi missas ad me in patrui tui scripta defensiones: in quibus magnã rerum
 doctrinã & admirabilẽ ingenii solertiã plane deprahēdi: sumq; inuẽtionĩ
 bus tuis mirifice oblectatus nõ solũ ppter̃ q; uideo bonas artes tutores
 opumos ac p̃fonos aliqñ habituras: qbus a tenebris a barbarie uindicent̃: uerũ ẽs
 eo magis q; de te si philosophari p̃gas nescio qđ magnũ ad grãde mihi facile polli
 ceor uidebit posteritas me nihil m̃eritũ si uixeris: deus mō uitã longiorẽ p̃stet qđ ad
 me attinet eqđdõ nõ improbo: quæ in patrui defensione subtiliter qđẽ & acute scri
 psisti neq; n. si patrui uixisset disputationem iam cẽptã magis ultra protraxisset
 quẽadmodũ in postrema oppositione mea sum illi plane testatus: qui p̃ internun
 cium respondit se quoq; nihil amplius scripturũ: capis igr̃ iudices sunt q; legerint
 Qđ si ea quæ p̃be meditatus es impressoribus danda cẽsuisti saluo ac integro anni
 ei honore id fiat: quẽadmodũ promissisti. Sunt qđẽ nõnulla in libello uerba: quæ ali
 quid hñt aculei nec oĩno parũ: qbus facile potes tẽperare si uelis sensum rerũ nã
 hil imputato: Qđ si feceris ut spero nõ erit ingrātũ: Cãm meam uideor mihi satĩ
 abũdeq; tutatus & in dies facile tutari potuisse: Sed disputationi modus iam est
 Cæterum Comes illustris putes uelim me tuum esse ac semper fore: quo uti possis
 arbitratu tuo: bene uale ex ferraria die. xvi. decembris. M. cccc. xc. y.

Ioannes

Satisfactum est abunde tuis uotis: Satisfactum pollicitationibus erga te meis: quom uerba cuncta: quæ uel aliqd aculei gestare uidebant de dictatis nr̃is ademerim. Parcendum est ipetui animis: sicubi forte acrius actum est q̃ oportuit: Cōdonandum est aliqd iustæ defensionis: & eo magis cōdonandū quādo cōmune fere uitū eorū sit qui cōmētationibus suis uel accusant aliquē uel se ipsos aut amicos excusāt illos ad quos scribūt isectari maledictis: calūniis petē: p̃bris lacessere: atq; id genus cætera ppetrare ab officio boni hoīs aliena: a qbus nos (testē te cito & iudicē cōstituo) oīno abstinuimus decēq; summū aut circiter uerba non nisi aculeata tuo nutu (saluis tñ sentētiis) ammonuimus: neq; aliud cōsiliū elucubrāda cōmētatiuncula credas uelim: q̃ ut sine tui offensa Picū patrū defenderemus: quimmo maluissem sapius nihil inter uos disceptatū fuisse: ut p̃clusus mihi scribēdi hac de re fuisset aditus omniq; occasio sublata. Non. n. pōt uel q̃ difficillime pōt litterarū negociū agi in altercatione positū omni inter scribēdū p̃stito honore illis ad quos uerba sunt alioq; debito: Adde q̃ uix sine quodā ai timore: q̃ magnopere uitandus est: id muneris obit. Q̃ d̃ uero de causæ tuæ tutela dicis hoc ipsum de nra dicimus. Sed haftenus de controuersia sunt (ut recte scripsisti) q̃ legerint iudices: nō hi docti sunt: nō neutrae parti affecti aut si amore cuiuspiā nostrū teneant ardenus ad minus oculis eorū p̃stigiū amor nō faciat: Cæterū multū mihi tribuis uel par: merēti: magna q; de me tibi p̃mittis si mō p̃gā philosophari. Sed uereor mi Antoni ne ab hoc philosophiæ studio de quo mentionē facis oīno tēperē aut forte desista: dicā tibi de hac re quod sentio afferri. s. nobis hoc negocium nimis affectatibus multū nocumēti parū emolumēti. Non hoc ideo dico ut dampnē ut uituperē ueritates plurimas aut salte similitudines ueri: quæ notitiā philosophādō cōparamus nobis: Sed cōm̃ usum aut (ut significatius dixerim) abusum culpo: quem nisi uitare magnopere nixi fuerimus assidueq; & summa cū diligentia cogitatus ños examinauerimus: Christiani animi uenenū cor irrepit ambitio: quæ postmodū mortiferam pariat supbia. unde plerūq; fit ut huius sapientiæ in qua quotidie uersamur amatores: sapientiā uisibilem quæ genita est sed æterna a qua omnis hæc fluxa & temporaria deriuata est omnino post habeant tumidi & elati caduca gloria. Sed uideamus oro unde animo offerantur: unde nos ipsos æstimamus nimis: Nam quantum nostra cognitio: cum minimā naturalū rē scientiam teneamus: & illa ipsa quæ ignoramus quom multa tū maxima uel potius clament in uanū. s. & falso nos ipsos doctos aut p̃fici aut existimare: Posse p̃culdubio uel rudis homo & parū peritus uel oīno neq; solum litterarū agricola percūctari plurima etiā sub aspectum sub oculos posita de quibus p̃fusa hōq; maximus reddere certā rōnē nequiret. In percipiēdis uero sub stantiis ipsis a materia sensili prorsus abiunctis quouq; cognitione procedimus: q̃a h̃ plentibus diurnis & nocturnis mētis oculis cernimus? Sed qd de diuinis sumus dicturi ad quæ nō tñ cognoscenda sed etiā uestiganda anhelantes & anxii cecutiētes & caligantes obtutus densissimis pene nubibus obtectos dirigimus: Porro hæc nostrā reponere nō ut aucta libris aut a præceptore p̃cepimus: gloriari ergo qd opus est: didicisse nos aliena meditata hausisse q̃li ab narrāte historiis: Sed historiā naturæ uerū p̃ diuersa studia in amarulētis altercationibus posita uariisq; p̃ opinione sata gitata atq; ob id incerta: Quod ex ipso noīe opinionis p̃ditur aptissime: Si qd

uero a nobis ipsis paululum noticiæ nascimur: quid queso aliud est quod incertum quoddam subuolutum mille inuolucris mille pplexum fallaciis? hoc negocium ueluti his qui hæc studia uehementius quam oportunitate est magnificiunt succensus insectarum nisi hanc materiam speciatim longa quaestione tractauissem peculiarique libello dedicassem. His ideo de causis me conuertere statui ad eos euoluendos libros quorum propositiones profata sunt & dignitates quorum conclusiones & inerrabili syllogismo colliguntur: & mentem defæcatam (si tamen id curauerimus) reddunt. Sed esto iam finis conflictus litterarii & iam iam epistolæ. Sed uide quam dispar effectus fuerit & nostræ & aliorum controuersiarum finita disceptatione uel uoce uel scriptis agitata: Sæpenumero inter eos animos qui discordes fuere exercentur odia simultates: machinantur fraudulenta bella: detractioes honoris & famæ hinc inde scaturiunt. Tu uero & picus noster eratis ante disputationem compadres: hoc est spiritali astricti nodo: Nihilominus ob hoc pristina non est animorum concordia dissoluta. Ego autem nec tibi dum patruus uiueret: nec tu mihi nisi nomine notus eras: fecit hæc defensio ut inter nos ictum sit quoddam fœdus amicitiarum: quod ut stabile sit dum uieturi sumus curato: utque recte pieque uiuendo post hanc mortem quam expectamus perseueret æternum da operam qua ratione potes: id ipsum quoque enitar factitare: Interim quo te amore prosequar experiri non pigeat: Cumulatus forte sum præstiturus quod postulaueris quam in calce defensionis sponderim. Nihil enim tam arduum quod tui (grauissimi profecto philosophi) propensius de mercedi causa facturus non sim. Ex arce Miran. iiii. Jan. Mccccxcvi.

Io. Franciscus Picus Mi. cō. co. lectori. S. D.

Accipe lector & has Ioannis Pici Mirandulæ lucubrationes leuiores curæ opera: quas forte nec ipse uiuens inuulgasset: nec nos nisi celebrato hominum crebris adhortamentis excitati. Leges primum orationem elegantissimam iuuenili quidem alacritate dictatam sed a doctoribus prædoctrinæ & eloquentiæ fastigio sæpius admiratam: nec te moueat si plurima in eius calce conuulsum quæ & in apologia sunt inserta procemio: quando illud fors publicauerit hanc domi semper teneat: nec nisi amicis communem fecerit: uidebis perque antiquorum dogmata abstrusa prius in ænigmatibus & fabularum inuolucris ingeniosissime reuerata. conatumque illum & robore & delinimentis orationis ostendere quod præcorum sapientum poetica theologia nostræ theologiæ mysteriis ancillaretur: atque utriusque nodis quibusdam enodatis ad litterarias palæstras homines inuitare: in his enim per id tempus frequentissimus fui: quas postea quasi grauiorum studiorum præludia ludicraque pugnas derelinquens: ad ea quæ iam emissimus: quæque sumus in posterum emissuri emolenda conuertit animum: leges & nonnullas epistolas (omnes enim collegisse laboriosissimum) alias familiares tum per ætatem teneram tum prouectiorem scriptas alias postquam totum pectus deo dicauit sanctissimis refertas monitis exaratas illas & doctrinam & eloquentiam olera copiosissime deprehendes: has & utrumque assatim sapere & christi amorem præter hæc uberrime spirare percipies.

ORATIO

ORATIO IOANNIS PICI MIRAN. CONCORDIAE COMITIS.



Egi patres Colendissimi in Arabū monumētis iterrogatū
Abdalā sarracenū: qđ in hac q̄li Mūdāna scēna/admirādū
maxie spectaret: Nihil spectari hoīe admirabili^o r̄ndisse.
Cui sn̄a illud Mercurii adstipulat: Magnū o asclepi mira
culū ē hō. Horz dcōz rōnē cogitanti mihi nō satis ila facie
bant quā multa de humanā naturā prāstātia afferunt a
multis: et hominē creaturaz internūtiū supis familiarē/
regē inferiorū/lensuū pspicacia/rōnis idaginē intelligētiē
lumē naturā interpretē Stablis cui & fluxi tps iteritū
& (qđ Persā dicūt) mūdi copulā imo hymenū/ab ange

Aduerten
da est ma
gna abda
lā mercu
rūq; ppo
sitio.
Hominis
dignitas

lis teste Dauīde paulo deminutū. Magna hāc qđē/sed nō principalia. i. q̄ sūmā ad
mirationis priuilegiū sibi iure uēdicēt. Cur. n. nō ipsos angelos & beatissimos cāli
choros magis admiremur? Tādē itellexisse mihi sum uisus cur foelicissimū/ p̄deq;
dignū oī admiratione aīal sit hō: Et q̄ sit demū illa cōditio q̄ in uniuersi serie sortitus
sit/nō brutis mō/sed astris: sed ultramūdānis mētibus inuidiosam. Res supra fidē &
mira. Quidni? Nā & p̄pea magnū miraculū & admirādū p̄fecto aīal iure hō & di
ciē & existimat. Sed quānā ea sit audite p̄res/& benignis auribus p̄ uestra hūani
tate hāc mihi operā cōdonate. Iā summus Pater architectus deus: hanc q̄ uidemus
mūdānā domū diuinitatis tēplū augustissimū archane legibus sapiētiā tabrefece
rat. Sup̄celestē regionē mentib^o decorarat: æthereos globos æternis aīs uegetarat
excremētarias ac feculētas inferioris mūdi ptes oīgena aīaliū turba cōplerat. Sed
ope cōsumato/desiderabat artifex esse aliquē q̄ tanti opis rōnē p̄pēderet/ pulchritu
dinē amaret/magnitudinē admiraret. Iccirco iā reb^o oībus(ut Moses Thimazulq;
testant absolutis) de p̄ducēdo hoīe postremo cogitauit. Vex nec erat i archetypis
unde nouā sobolē effingeret/nec in thesauris: qđ nouo filio hāreditariū largiret:
nec in subelliis totius orbis: ubi uniuersi cōtēplator iste sederet. Iā plena oīa: oīa sū
mis/mediis/infimisq; ordinibus fuerant distributa. Sed nō erat p̄nā potestatis in
extrema fortura/quasi effecā defecisse: nō erat sapiētiā: Cōsiliū inopia in re necessa
ria fluctuasse. Non erat benefici amoris: ut q̄ in aliis esset diuinā liberalitatē lauda
turus i se illā damnare cogere. Statuit tādē optim^o opifex: ut cui dari nihil p̄priū
poterat cōe esset q̄cqd priuatū singulis fuerat. Igī hōiem accepit indilcretā opus
imaginis/atq; i mūdi politū meditullio/sic est allocutus. Nec certā sedē/ nec p̄priā
faciē: nec munus ullū peculiare tibi dedimus o/ Adāur quā sedē/ q̄ faciē/ q̄ munera
tute optaueris/ea p̄ uoto: pro tua sn̄a habeas & possideas. Definita cāteris natura
intra p̄scriptas a nobis leges cohercet. Tu nullis angustis cohercitus p̄ tuo arbi
trio: in cuius manu te posui tibi illā p̄finies. Mediū te mūdi posui/ ut circūspiceres
inde cōmodius q̄cqd est in mūdo. Nec te cālestē/ neq; terrenū/ neq; mortālē/ neq; i
mortalē fecimus: ut tui ipsius quasi arbitrarius honorariusq; plastes & fictor/ in q̄
malueris tute formā effingas. Poteris in inferiora quā sunt bruta degenerare: Pote
ris in sup̄iora quā sunt diuina ex tui aī sn̄a regenerari. O summā dei patris liberali
tatē/summā & admirandā hoīs foelicitatē. Cui datū id habere quod optatū ēē qđ
uelit. bruta simul atq; nascunt id secū afferunt(ut ait Lucilius) ebulga matris/qđ
possessura sunt. Sup̄emi spūs aut ab initio: paulo mox id fuerūt/qđ sunt futu

Mundi cō
stitutio

Moses
Thimæus

Hoīs pro
latio

Voluntas
libera in
homine

Vnde trās
gressio il

la aīaz de
corporib^o

in corpora
huic

sn̄e cōfor
mis uidet

ut pytha
gorici ci

diderunt
Lucilius

Nota.

ri in ppetuas æternitates. Nascētū hōi ossaria semina: & oī genæ uitæ gérmina fidiē pater. Quæ q̄q̄ excoluerit illa adolescēt: & fructus suos ferent in illo. Si uegetalia planta fiet. Si sensualia obrutescet. Si rōnalia cæleste euadet aīal. Si intellectuālia angelus erit: & dei filius. & si nulla creaturæ sorte cōtentus in unitatis cētrū suæ se recepit/unus cū deo spūs factus in solitaria prīs caligine q̄ est sup oīa cōstitutus oībus antestabit. Quis hūc nostrū chamēleōta nō admīret: aut oīno q̄s aliud q̄c̄q̄ ad

Asclepius Atheniē.

mīret magis? Quē nō īmerito Asclepius Atheniensis uersipellis huius & se ipsam trāsformātis naturæ argumēto p̄ p̄thēū in mysteriis significari dixit. hinc illē apud hebræos & pythagoricos metamorphoses celebratæ. nā & hebræorū theologia se cretior nūc Enoch sanctū in angelū diuinitatis quē uocāt nūc in alia alios numina reformāt. & Pythagorici scelestos hōies in bruta deformāt: & si Em-

Empedocles

pedocli crediēt ēt implantas. Quas imitatus Maumeth illud frequēs hēbat in ore: q̄ a diuina lege recesserit brutū euadere: & merito q̄dē. Neq̄. n. plantā cortex: Sed

Nota.

stūpida & nihil sentiēs natura: neq̄ iumēta coriū: sed bruta aīa & sensualis: nec cælū orbiculatū corpus: sed recta rō: nec seq̄stratio corpis sed spiritalis itelligētia angelū

In quæ hō trāsforma ri potest

facit. Si quē. n. uideris deditū uētri humi serpētē hōiem/ frutex est nō hō quē uidēs: si quē in fantasīæ q̄si calypsus uanis p̄stigiis cecuciētē & subscalpēti delinītū illecebra sensibus mācipatū: brutū est nō hō quē uidēs. Si recta p̄hūm rōne oīa discernētē hūc uenereris/ cæleste est aīal nō terrenū: Si puræ cōtēplatorē corpis nesciū/ in penetralia mētis relegatū: hic nō terrenū n̄ cæleste aīal: hic augustius est numē humana carne circūuestitū. Ecq̄s hōiem nō admīret: q̄ n̄ īmerito ī sacris lris Mosaicis & xpianis/ nūc oīs carnis/ nūc oīs creaturæ appellatiōe designat: q̄n se ip̄um ip̄e in oīs carnis faciē/ in oīs creaturæ ingeniū effingit: fabricat: & trāsformat. Iccirco scribit Euātes p̄sa ubi chaldaicā theologiā enarrat: nō esse hōi suā ullā & natūā imaginē extrarias multas & aduēticias. hinc illud chaldæorū

Fuantes Persæ

id est hō uariæ ac multiformis & dissolutoria naturæ aīal. Sed quorsum hęc: ut itelligamus postq̄ hac nati sumus cōditōe/ ut id simus q̄d eē uolumus: Curare hoc potissimū debere nos/ ut illud q̄ dē in nos nō dicatur/ cū in honore eēmus nō cognouisse similes factos brutis & iumētis īlipiētibus. Sed illud

Asaph p̄pheta

potius Asaph p̄phetæ: dīi estis & filii excelsi oēs ne abutētes indulgētissima prīs liberalitate q̄ dedit ille liberā optionē salutarī noxiā faciam⁹ nobis. Inuadat aīum sacra q̄dā ambitio ut mediocribus nō cōtēti anhelemus ad summa/ adq̄ illa (q̄n possūmus si uolumus) cōsequēda totis uirib⁹ enitamur. Dedignemur terrestria: Cælestia cōtēnamus: & q̄c̄qd mūdi est deniq̄ posthūntes/ ultramūdanā curiam eminētissimæ diuinitati proximā aduolemus. Ibi ut sacra tradūt mysteria: Seraphin Cherubin &

Chororū sup cælestium effigatio

Throni prias possidēt/ hōr nos iā cedere nesciī & scdæz īpatientes & dignitatē & gl̄iam æmulemur. Erimus illis cū uoluerimus nihilo inferiores. Sed q̄ rōne/ aut q̄d rādē agētes? uideamus qd illi agāt q̄ uiuāt uitā. Eā si & nos uixerim⁹ (possum⁹. n.) illos sortē iā æquerimus. Ardet Saraph charitatis igne: Fulget Cherub itelligētiæ splēdorē: Stat Thronus iudiciī firmitate. Igit si actuosæ addicti uitæ īferiorū curā

Nota.

recto examine susceperimus thronorū stata soliditate firmabimur. Si ab actiōibus feriatī/ ī opificio opificē ī opifice opificiū meditātes ī cōtēplādī ocio negociabimur: luce cherubica undiq̄ coruscabim⁹. Si charitate ipsū opificē solū ardebimus illius igne q̄ edax ē ī seraphicā effigiē repēte flāmabimur. sup throno. i. iusto iudice sedet de⁹ iudex sc̄lorū. Sup cherub. i. cōtēplator uolatratq̄ eū q̄si incubādo fouet. Spūs. n. domini

[illegible]

ORATIO

Empedocles si uerba Empedocles plurimū duplicē naturā in nris aīa sūt/ quāq; altera iustitiam
 collimur ad caelestia/ altera deorsum trahimur ad inferna/ p̄ lītē & amicitia/ siue bel-
 lū & pacē ut sua testantur carmina/ nobis significati quibus se hīc & discordia ac tū furē
 Discordia si silem p̄tugū adiū/ i altū iactari cōquerit. Multiplex p̄fecto p̄tes in nobis discor-
 quē in no- dia/ grauiā & iustitia domihēmus & plusq; ciuilia bella/ q; si noluerimus si illā affe-
 bis ē quō etauerimus pacē/ q; in sublime ita nos tollat ut iter excellos dñi statuamur/ sola i no-
 sit sedāda bis cōpescet p̄sūs & sedabit p̄bia. Moralis primū si nō hō ab hostibus inducias tñ
 P̄bia cā est q̄betimur/ p̄p̄lis bruti effrenes excursions & leonis iurgia/ iras aīosq; conundet.
 p̄bia mo- Tū si rectius cōsulētes nobis p̄petuat pacis securitatē desiderauimus. Aderit illa &
 ralis q̄lis uotā nra liberalitē p̄p̄le. Quippe q̄ caelestia utraq; bestia q̄li i cta parca inuolabile
 illa dirimi hēp̄carne & ip̄m iustis sanctissimā pacis sancti. Sedabit dialectica rationis tur-
 tur has inter orationum pugnas & syllogismorum captiones anxie tumultuantis.
 Scda dia- Sedabit naturalis p̄bia op̄ionū lītē & dilidia/ q; inq̄ta hinc inde aīam uexant/ di-
 lectica. Irahūt & laetant. Sed ita sedabit/ ut meminisse nos iubeat esse naturā iuxta Hera-
 Tertia p̄litū ex bello genitā/ ob id ab Homero cōtentionē uocitatā. Iccirco i ea uerā genē
 p̄bia natu & solidā pacem se nobis p̄stare nō potest et hoc dñi suā. sanctissimā theologiae
 ralis munus & priuilegiū. Ad illā ipsa & uiam monstrabit & comes ducet/ q; p̄cul nos ui-
 Heraclitē dens p̄perātes. Venite i clamabit ad me q; laborastis/ uenite & ego reficiā uos ueni-
 Homerus te ad me & dabo nobis pacē quā mūdus & natura uobis dare nō p̄r. Tā blāde uo-
 cati/ tā benignitē inuitati/ alatis pedibus q̄li terrestres Mercuri/ in beatissimā am-
 plexus matris euolātes optatā pace p̄fruemur/ pace sanctissima/ indiuidua copula/
 Vltimus unanimiti amicitia/ qua oēs aī in una mēte q̄ ē sup̄ oēm mēte nō cōcordēt adeo. Sed i
 p̄biē finis effabili quodāmodo unū penitus euadāt. Hāc est illa amicitia quā totius p̄biē fi-
 secundū py nō esse Pythagorici dicūt hāc illa Pax quā facit deus in excelsis suis/ quā angeli in
 thagori- terrā descēdētes annūciarūt hoībus bonae uolūtatē/ ut p̄ eā i hoīes ascendentes
 eos in celū angeli fierēt. hāc pacē amicis/ hāc nro optemus/ saculū optemus unicuiq;
 domui quā igredimur/ optemus aīa nra/ ut p̄ eā ipsa dei domus/ iatut postq; p̄ mo-
 rale & dialecticā suas sordes excusserūt/ multiplici p̄bia quasi aulicū apparatu se ex-
 ornari/ portarū fastigia Theologicis sertis coronari/ descēdat rex gloriā/ & cū pa-
 tre uenies mālisonē faciat apud eā. Quo tāto hospite si se dignā p̄stiterit/ q̄ est illius
 imensa clemētia/ de auraurato uestitu quasi toga nuptiali multiplici fāte circūda-
 ta uarietate speciosum hostē/ nō ut hospitē iā/ Sed ut sp̄solum excipiet aīa nra/ ut unū
 dissoluatur dissolui cupiet a populo suo & domū patris suū/ imo se ipsam solita in
 se ipsa cupiet mori ut uiuat in sp̄solum in cuius cōspectu p̄ciola p̄fecto mori sancto-
 rum eius/ mors in quā illa si dici mors debet plenitudo uitae cuius meditationē esse
 studiū p̄biē dixerūt sapientes. Citemus & Mosen ip̄m/ a sacrosanctae & inuincibilis
 intelligētiae fontana plenitudine/ unde angeli suo nectare inebriant paulo dñi
 tū. Audiemus uenerādū iudicē nobis in deserta huius corporis solitudine hāc
 A Mose q̄ tibus leges sic edicētē. Qui polluti adhuc morali indigēt cū plebe habitēt extrin-
 si edicitur bernaculū sub diuo quali thessali sacerdotes interim se expiātes. Qui mores iā
 p̄biē studi posuerunt/ in sanctuariū recepti nōdū quidē sacra attractent/ Sed prius dialecticū
 um ample famulatu seduli leuitae philosophiae sacris ministrēt. Tū ad ea & ipsi admissi/ nūc
 xādū esse superioris dei regiae multicolorē. i. sydereū aulicū ornatū/ nūc caeleste candelabrum
 septē luminibus distinctū/ nūc pellicea elementa/ in p̄biē sacerdotio contemplant
 ut postremo per theologiae sublimitatis merita in tēpli adita recepti nullo imagi-
 nis intercedente

nis intercedente uelo/divinitatis gloria pfruant. Hæc nobis pfecto Moles & im-
perat & sperando admonet/excitāt inhorat ut p phiam ad futurā cælestē gloriam
dū possumus iterparemus nobis. Verū enim uero nec Mosayca tātū aut Christiana
na mysteria sed pscos quoq Theologia hanc de qbus disputaturus accessi libe-
raliū artū & emolumēta nobis & dignitatē ondit. Quid enī aliud sibi uolūt i gra-
cos arcanis obseruati iniatog gradus. Quibus primo per illas q̄s diximus quasi
februales artes morālē & dialecticā purificatis. Cōtingebat mysterioꝝ susceptio.
Quæqd aliud esse pōt q̄ secretioris per phiam naturæ interpretatio. Tū demū ita
dispositis illa adueniebat. Tū demū ita. I. res diuinæ per theologiae lunē inspectio.
Quis talibus sacris iniatari nō appetat? Quis hūmāna q̄ nō habet fortunæ con-
tēons bona/corpiū negligēs/deoq cōiūia adhuc deo in terris fieri nō cupiat: &
sterminatis noctare modū diuinae moralē aial imperialis munere donari? quis nō so-
craticis illis furtibus a Platone in phedro decāq; sic afflari nō uelit/ut alas pe-
nūq remigio hinc i. ex mūdū est posita i. maligno pperere aufugiens ad cælestem
Hierusalē cōmitatissimo currit. Agemur p res agemur socraticis furoribus/qui
extra mētē ita nos ponat ut mētē nō pōt in deo agemur ab illis utiq; si
qd est in nobis p̄p̄ius egerimus nā i. & p morālē affectuū uires ita p debitas cō-
petētiās ad modulos fuerit itēta. ut inota iuicē cōsonēt cōtinētiā: & p dialecticā rō-
ad nūmex se p̄grediēdo mētē it/mulax p̄citi furore cælestē harmoniā intimis au-
ribus cōbibemus. Tū mulax iux Bacchus in suis mysteriis. i. uisibilibus naturæ li-
gnis inuisibilia dei philosophantibus nobis ondens febricit nos ab ubertate domus
dei in q̄ tota si uti Moles. Tū mus fideles/Acoedens sacratissima Theologia duplici
furore nos animabit. In illius eminētissimā sublimati speculā ide & q̄ sūt q̄ erūt
quæq fuerint infēd i metientes xuo/& primeuā pulchritudinē suspicientes illoꝝ
Phœbei uates hūmālati erimus amatores & ineffabili demū charitate q̄li æstro p-
eiti q̄li Seraphini. Tū res extra nos positi/nūine pleni iā nō ipsi nos sed ille erimus
ipse q̄ fecit nos. Sacra Apollinis noia si q̄s eoꝝ significātiās & latitātiā pscrutet my-
steria satis ondit eē deū illū nō minas phūm q̄ uatē. Q d cum Ammonius satis sit
executus nō p̄t cur ego nūc aliter p̄tractēs sed tūbeant alim p̄res tria delphica p̄ce-
pta oppidēis necessaria: q̄ nō ficti sed ueri apollinis q̄ illuminat oēm aiām uenien-
tē in hūc mūdū sacrosanctū & augustissimū tēplū igrēssuri sūt. uidebitis nihil aliud
illa nos amonere q̄ ut tripartitā hāc de q̄ est p̄s disputatio philosophica totis uiri-
bus amplectamur. Illud. n. u. n. d. e. v. a. γ. a. v. i. neqd nimis uirtutū osum normā & regu-
lā p mediocritatis rōnē de q̄ morālis agit recte p̄scribit. tū illd γ. v. o. i. n. o. s. a. v. T. o. v. i. co-
gnosce te ipm ad totius naturæ nos cognitionē/cuius & itersticiū & q̄li Cycnus na-
tura i. hōis excitat & inhorat: q̄ n. le cognoscit i se oia cognoscit/ut Zoroaster pri-
mo i. de Plato in aleibiade scripserūt. Postreō hac cognitiōe p naturālē phiam illu-
minati iam deo p̄ximi si. i. es dicētes theologica salutatione merū Apollinē familia-
rit̄ p indeq̄ foeliciter appellabimus. Cōsulamus & Pythagorā sapiētissimum ob
id p̄cipue sapiētē qd sapiētis se dignū nosē nūq̄ exultimauit. Præcipiet p̄sio ne
super modū sedeamus. i. rōnālē p̄tē q̄ aia oia metit iudicat & examiat ociosa deli-
dia ne remittentes amittamus. Sed dialectica exercitatiōe ac regula & dirigamus
assidue & excitemus. Tum cauēda i primis duo nobis significabit/ne aut aduersus
solē emingamus. aut iter sacrificādū ungues resecemus. Sed postq̄ p morālē & sup-
fluentiū uoluptatū fluxas eminxerimus appetētiās/& unguū p̄alegmina q̄li acu-

Græcorū
arçana

Nā primū
holum so-
crates dici-
tur ethicē
e cælo de-
duxisse

Ammoniū
Tria del-
phica præ-
cepta

Zoroas-
ter
Plato
Pythago-
ræ p̄cepta
& eoꝝ de-
claratio

IO. PICI MIRAN.

sancte effici/explodi/exfibilari. Nō hēre q amet/q faueat/nisi ipsa q̄si p̄tās & prae-
 sata uirginitatis accepta mercedula/male patū x̄s i amatoris arculā referat q̄ om-
 nia ego nō sine sūmo dolore & indignatiōe i huius tēporis nō principes/sed p̄hos di-
 co/q̄ iō nō eē philosophādū & credūt & prādicantq; p̄his nulla merces nulla sint Nota
 prēmia cōstitutā q̄si nō ostēdāt ipsi hoc uno noīe se nō eē p̄hos. Q d cū tota eorū
 uita sit uel inquāstu/uel i ambiōe posita ipsam p̄ leueritatis cognitionē nō ample-
 ctunt; Dabo hoc mihi & me ip̄m hac ex pte laudare nīhil erubescā: me nūq̄ alia de
 eā phātū nisi ut phārer/nec ex studiis meis/ex meis lucubrationibus mercedē ullā
 aut fructū uel sperasse aliū uel quāsiisse/q̄ aī cultū/& ame semp plurimū desidera-
 re ueritatis cognitionē. Cuius ita cupidus semp & amātissimus fui: ut relicta oī pri-
 uatay & publicay rez cura: Cōtēplādi ocio totū me tradiderim a quo nullay inui-
 dorū obtrectatiōes/nulla hostiū sapiay maledicta/uel potuerūt añ hac/uel iposte-
 rū me deterrere poterūt. Docuit me ipsa philosophia a p̄pria potius cōsciētia q̄ ab Quid
 externis pēdere iudiciis: Cogitareq; semp nō tā ne male audīā/q̄ ne qd male uel di- phia in pi
 eā ipse uel agā. Equidē nō erā nescius patres colēdissimi futurā hanc ipsā meā dispu- co opera
 tationē/q̄ uobis oībus q̄ bonis artibus fauetis/& angustissima uestra praelentia illā ta sit
 honestare uoluistis/gratā atq; iocūdā tā multis aliis grauē atq; molestā:& licio non
 deesse q̄ iceptū meū & dānarint antē hac & in praelentia multis noībus dānent: Ita
 cōsueuerūt nō pauciores ne dicā plures habere oblatratores quā bñ sanctayq; agū-
 tur ad uirtutē: q̄ quā iniquay & p̄perā ad uitiū: Sunt autē q̄ totū hoc disputādī gen-
 & hanc de litteris publice disceptādī institutionē nō approbē: ad pōpā potius in-
 genii & doctrinay ostērationē q̄ ad cōparandā eruditionē esse illā assenerātes. Sūt
 qui hoc quidem exercitationis genus non iprobent: sed in me nullo modo p̄bent:
 qd̄ ego hac ætate/quartū. i. & uigēsimū modo natus annū de sublimibus christia- Qua æta
 næ theologiay mysteriis: de altissimis p̄hiē locis/de incognitis disciplinis in celebra- te Nōgen
 tissima urbē: in amplissimo doctissimorū hominum cōsensu: in apostolico senatu di- tas illas
 spurationē p̄ponere sim ausus: Alii hoc mihi dantes quod disputem id dare nolunt conclusio
 qd̄ de nongentis disputē quæstionibus/Tam superfluo & ambitiose q̄ supra uires nes dispu
 id factum calumniantes: horum ego obiectamētis & manus ilico dedissem si ita q̄ tandas ex
 profiteor p̄hia me edocuisset: & nūc illa ita me docente nō responderem si rixandī posuit
 iurgandi p̄posito constitutam hanc inter nos disceptationē crederem. Quare Plato
 obtrectandi oē laceffendiq; p̄positū/& quē scribit Plato a diuino semp abesse cho- ro a nris quoq;
 ro a nris quoq; mētibus faceffat liuior. & an disputādū a me/an de tot etiā quæstio-
 nibus amice incognoscamus. Primū qd̄ ad eos qui hūc publice disputādī morem
 calūniant/multa nō sum dicturus: qn̄ hac culpa/li culpa cēset/nō solū uobis oībus
 doctores excellentissimi q̄ sapius hoc mūere nō sine sūma & laude & gloria functi
 estis: sed Platoni/sed Aristoteli ed probatissimis omniū ætatū philosophis mecum
 ē cōmunis. Quibus erat certissimū nīhil ad cōsequēdā quā quærebāt ueritatis co-
 gnitionē sibi eē potius q̄ ut eēnt in disputandī exercitationē frequētissimi. Sicut. n. p Quā ne
 gymnasticā corporis uires firmiores fiūt: ita dubio p̄cul in hac quasi litteraria pa- cellaria sit
 lestra aī uires & fortiores lōge & uegetiores euadūt. Nec crediderim ego/aut Poe disputādī
 tas aliud p̄ decantata Palladis arma/aut hebræos cū ferrū sapiētum palaestra
 symbolū esse dicūt: significasse nobis q̄ hōestissima hoc genus certamina adipiscē eiusq; glo
 dā sapiay oppido q̄ necessaria. Quo forte fitur & Chaldaei i eius geneli q̄ p̄hus sit ria decan
 uurus illud desiderent ut Mars & Mercurius triquetra aspectu conspiciant/qua tatur

ORATIO

si si hos cōgressus/hęc bella substuleris/somniculosa & dormiās futura sit oīsp̄ia.
 At uero cū his q me huic puiciz iparē dicūt:diffilior ē mihi rō defensionis. Nam si
 parē me dixerō forsitā imodesti & de se nimia sentiētis/si iparē fatebor/temerarii &
 icōsultī notā uideor subiturus. Videte in q̄s icidī angustias:quo loco sim cōstitutus
 dū nō possū sine culpa de me pmittere:qd nō possum mox sine culpa nō prastare.
 Forte & illud lob afferre possem/spūm esse spūm in oībus:& cū Timotheo audire
 nemo cōtēnat adolescētiā tuā:sed ex mea uerius hoc cōscientia dixerō/nihil esse in
 nobis magnū uel singulare. Studiosum me forte & cupidū bonarū artū nō inficiā
 tus:docti tñ nomē mihi nec sumo nec arrogo. Quare & qd tā grāde humeris onus
 imposuerim/nō fuit propterea q mihi cōsciū nostrā infirmitatis nō essem:Sed qd
 sciebā hoc genus pugnis:idest litterariis esse peculiare qd in eis lucz ē uinci. Quo
 sit ut imbecilissimus quisq:non detractare modo:sed appetere ultro eas iure possit
 & deat.quādo quidē qui succumbit beneficiū a uictore accipit nō iniuriā:quippe
 qui per eū & locupletior domū.i.doctior & ad futuras pugnas redit istructior.
 Hac spe animatus ego ifirmus miles cū fortissimis oīum strenuissimisque tā grauem
 pugnam decernere nihil sum ueritus. Quod tñ temere sit factū nec ne rectius utiq;
 de euentu pugnz q de nra ætate potest quis iudicare:restat ut tertio loco his respō
 deā qui numerosa ppositarū rerū multitudine offendunt/quasi hoc eorū humeris
 sederet onus:& nō potius hic mihi soli q̄tuscūq; ē labor eēt exāclādus. Indecēs pro
 fecto hoc & morosum nimis uelle alienæ idustriæ modū ponere. Et ut inqt Cicero
 in ea re:quæ eo melior quo maior/mediocritatē desiderare. Omnino tā grandibus
 ausis erat neesse/me uel succūbere uel satissacere. Si satissacere nō uideo cur qd in
 decē prastare quæstionibus ē laudabile/in nōgentis ēt prastitisse culpabile existi
 me f. Si succūbere habebūt ipsi/si me oderūt unde accusarent:Si amant unde excu
 sent. Quoniā in re tā graui/tā magna/tenui ingenio/exiguaq; doctrina/adolescētā
 hominē defecisse uenia potius dignū erit q̄ accusatione. Quin & iuxta poetā si de
 ficiunt uires/audacia certe lauserit in magnis & uoluisse sat est. Quod si nra ætate
 multi Gorgiā leōtinū imitati:nō modo de nōgētis:sed de oībus ēt oīum artium qō
 nibus soliti sunt nō sine laude pponere disputationē cur mihi nō liceat uel sine cul
 pa de multis qdē:sed tñ certis & determinatis disputare. At supflūū inquit hoc
 ambitiosum. Ego uero nō supfluo mō:sed necessario factū hoc a me cōtēdo:qd & si
 Hanc autē ipsi mecū philosophādi rōnē cōsiderarent inuiti ēt fateantē plane neesse ēt. Qui
 sectarum enim se cuipiā ex philosophorū familiis addixerunt:Thomæ uidelicet aut Scotorū
 multiugā q nūc plurimū in manibus fauentes/possunt illi qdē uel in paucarū quæstionū dia
 collectio. scussione suæ doctrinæ piculū facere. At ego ita me institui ut in nullius uerba in
 nem in frō ratus/me per oēs philosophiæ magistros funderē/oēs scedas excuterē/omnes famū
 te libri lias agnoscerē. Quare cū mihi de illis oībus esset dicēdū:ne si priuati dogmatis de
 quæstionū sensor reliqua post habuissē illi uiderer obstrictus. Nō potuerunt etiam si pauca
 uidere li de singulis pponerent/non esse plurima quæ simul de oībus afferebantur. Nec id
 cet ubi in me quisq; damnet qd me quocunq; ferat tempestas deferar hospes. Fuit enim cū
 hoc idē ab ab antiqs oībus hoc obseruatū:ut omne scriptorum genus euoluētes/nullas quas
 hinc usq; possent cōmentationes ille ctas præterirēt: Tum maxime ab Aristotele qui eam ob
 ad huius causam αὐτὸς ὁρισθεὶς. i. lector a Platone nuncupabatur: & profecto angustæ est
 oīonis cal mentis intra unam se porticū aut academiam continuisse. Nec pōt ex omnibus sibi
 ce repetit recte propriā se legisse/qui omnes prius familiariter non agnouerit. Adde quod in
 una quaq;

IO. PICI MIRAN.

una quaq; familia est aliquid insigne quod nō sit ei cōmune cū cæteris. Atq; ut a nostris ad quos postremo philosophia puenit nūc exordiar. Est in Ioāne Scoto uegetū quiddā atq; discussum. In Thoma solidum & æquabile. In Egidio tersum & exactū. In Francisco acre & acutū. In Alberto priscū/amplū/& grāde. In Hērico ut mihi uisum est semp sublime & uenerandū: Est apud Arabes in Auerroe firmū & incōcussum. In Auempace. In Alpharabio graue & meditatū. In Auicēna diuinū atq; Platonīcū. Est apud græcos in uniuersum qdē nitida imprimis & casta philosophia. Apud Simpliciū locuples & copiosa. Apud Themistiū elegās & cōpēdiaria. Apud Alexandrū cōstans & docta. Apud Theophrastū grauiter elaborata. Apud Ammonīū enodis & gratiosa: Et si ad Platonicos te cōuerteris/ut paucos pēseā. In Porphyrio rerū copīa & multiīnga religione delectaberis. In Iamblico secretiorē philosophiā & barbarorū mysteria ueneraberis. In Plotino priuū qcq; nō est qd admireris. q se undiq; præbet admirandū: quē de diuinis diuine: de humanis longe supra hominē docta sermonis obliquitate loquentē sudantes Platonici uix intellīgūt. Prætereo magis nouitios Proculū asiatica fertilitate luxuriantē: & q ab eo fluxerūt: Damascū: Olympiodorū & cōplures alios: in qbus omnibus illud τὸ θεῖον .i. diuinū peculiare Platonīcorū symbolū elucet semp. Accedit qd si qua est secta quæ ueriores incessat dogmata & bonas causas ingenii calumniā ludificet: ea ueritatē firmat nō infirmat: & uelut motu quassatā flammā excitat non exstinguit. Hac ego rōne motus nō unius modo (ut quibusdam placebat) Sed omnigenæ doctrinæ placita in mediū afferre uolui: ut hac cōpluriū sectarū collatiōe: ac multifariæ discussione p̄ficiat: ille ueritatis fulgor cuius Plato meminit in epistolis: animis nrīs quasi sol oriens ex æto clarius illucesceret. Quid erat si latinorū tantum: Alberti. I. Thomæ: Scoti: Egidii: Francisci: Henriciq; philosophia: omīssis græcorū arabūq; philosophis tractabit? Quid uero oīs sapientia a barbaris ad græcos/a græcis ad nos manauit. Ita nostrates semp in philosophandī rōne/peregrinis inuentis stare & alieua excoluisse sibi duxerūt satis: Quid erat cū Peripatheticis egisse de naturalibus/mīsi & Platonīcorū: acersebat academia/quorū doctrina & de diuinis semp p̄ter oēs philosophias: teste Augustino habita est sanctissima & a me nunc primū/qd sciam (uerbo absit inuidia) post multa sæcula sub disputandī examē est in publicū allata. Quid erat & aliorū quot quot erāt tractasse opiniones si quasi ad sapientū symposiū a symboli accedētes/nihil nos qd esset nostrū/nostro partū & elaboratū ingenio offerebamus. Profecto ingenerosum est (ut ait Seneca) sapere solū ex cōmētario: & quasi maiorū inuenta nostræ industriæ uia præcluserint: quasi in nobis effœta si uis naturæ nihil ex se parere/qd ueritatē si nō demonstrat saltem innuat uel de lōgiquo. Quid si in agro colonus/in uxore maritus odit sterilitatē: certe tanto magis infecundam animā oderit illi cōplicita & associata diuina mens: quāto inde nobilior longe ples desiderat. Propterea nō cōtentus ego præter cōmunes doctrinas multa de Mercurii trismegisti priscæ theologia/multa de Chaldaeorū de Pythagoræ disciplinis multa de secretionibus hebræorū addidisse mysteriis: plurima quoq; per nos inuenta & meditata/de naturalibus & diuinis rebus disputāda p̄posuimus. Proposuius primo Platonis Aristotelisq; cōcordiam a multis ante hac creditam/enemine satis p̄batā. Boetius apud latinos id se facturū pollicitus nō inuenitur fuisse unq; qd semper facere uoluit. Simpliciū apud græcos idē professus/utinam id tā præstaret q pollicet. Scribit & Augustinus in Academicis non defuisse plures

Plato

Academici
honor
Augusti.

Seneca

Quam ce
lerrime
Abstrusas
inuenire
doctrinas
Quid
boetius
simpliciū
q pollicis
ti sint

ORATIO

Nota

Nota pici
dogmatū
numerum

Noua per
numeros
philoso
phadi in
stitutio
Plato

Aristote.
Abuma.

Magicoꝝ
Theore/
matū peri
tia pico
haud ab
strusa
In questio
ne de ma
gia & ca
bala uide
pluriora

res qui subtilissimis suis disputationibus idē pbare conati sint. Platonis & Aristotelis eandē esse philosophiā. Ioannes itē grāmaticus cū dicat apud eos tantum dis
Hāc una res est quae facit nos a deo impetrare quod petimus: quū. s. nos impetraturos speramus: Et si duas has conditiones obseruabimus: ut nunq petamus a deo nisi ea quae nobis sunt salutaria: & ut id quod petimus ardentē petamus cū firma spe q deus non exaudiat/nunq erunt irritē orōis nr̄ae. Quū igit non impetramus est aut q illud nobis est noxiū/nescimus enī quid petamus: ut inquit Christus/ & Iesus dixit quicquid petieritis in noīe meo dabitur uobis hoc enim nomen Iesus saluatorē significat: & ideo nihil petitur in noīe Iesu: nisi quod est ad salutē ipsi petēti. Aut nō exaudit: quia si bona petimus/nō. n. bene petimus hoc est cū parua spe. q ar timide sperat/frigide petit: ideo dicebat Iacobus: postulet at in fide nihil hāsitans.

Iusta & bona petenda esse adeo

DIXI domino deus meus es tu.

Postq munuit se contra superbiam incipit describere statū suū. Totus autē status iusti consistit in hoc uerbo: Dixi dño deus meus es tu. Quod uerbū licet uideatur ferre omnibus cōmune: pauci tamē sunt qui illud possint uere dicere: Illud enim quis habet pro deo qd habet pro summo bono: & illud habemus pro summo bono/quo solo habito si cetera desint putamus nos esse foelices: & qd unū si desit etiā si habeamus oīa alia bona putamus non esse miseros. dicit igitur auarus pecuniae: Deus meus es tu: quia etiā si ei desint honor & sanitas: & uirtus: & amīci: modo pecuniā habeat contentus est. Et si habeat oīa illa bona quae diximus & pecunia desit/putat se esse infelicē. Gulosos itē crapulae: & incontinens libidini: & ambitiosus imperio si ne gloriā dicit: Deus meus es tu. Vide igitur q pauci possint dicere. Dixi domino deus meus es tu: quia ille solus hoc potest cui solus deus sufficit: ita ut si ei pponatur oīa regna mundi & caelestia omnia: & terrena bona: nō tamen ut illa consequeret uel semel deum offenderet: in hoc igitur dicto consistit totus status hominis iusti.

Cui cōueniat dicere dominus

Q VONIAM bonorum meorum non eget.

Reddit rationē propositi sui: quare. s. soli domini dicat: Deus meus es tu. Ratio autem quoniam solus deus bonis nostris nō eget: nulla enim creatura est quae non indigeat aliis creaturis q ea imperfectioribus ut probat philosophi & theologi: quia si illa nō essent ista nō essent: quia destructa una parte uniuersi destruitur totū uniuersum: destructo autē uniuerso destruntur oēs partes: omnes autem creaturae sunt partes unius uniuersi cuius uniuersi ipse deus non pars est sed principium: nihil ab eo dependens: nihil enim acquisiuit deus ex hoc q creauit mundum: & nihil perderet si totus mundus annihilaretur. Solus ergo deus bonorum nostrorum non eget. Debemus autem erubescere illum habere pro deo qui bonis idiget nostris: qualis est omnis creatura. Præterea non debemus habere pro deo: hoc est pro summo bono nisi illud in quo est summum bonum: in pulla autem creatura est omne bonum. Soli igitur domino debemus dicere: Deus meus es tu.

Vnde platis illud nō nobis natos esse

Quare rationū dicta ruūt

SANCTIS qui sunt in terra eius.

Post deū maxime debemus amare illos qui sunt deo maxime cūiuncti: quales sunt angeli & beati in patria. ideo postq dixit domino: Deus meus es tu: subdit q deus.

Mirificauit uoluntates suas meis.

Hoc est mirabiles fecit amores eius & desideria eius erga sanctos qui sunt in terra

EXPOSITIO.

**Metaphorice
ad nos ter-
ra celū dī**

eius hoc est in cælesti patria quæ dicitur terra dei & terra uiuentium: & uere si consideremus quanta sit illius patriæ felicitas: quantaque huius mundi miseria quanta ciuium illorum bonitas & claritas desiderabimus semper hinc discedere ut illuc habitemus. Hæc autem & similia cum meditamur illud semper curare debemus ne in fructuosæ sine meditationes nostræ. Sed ex qualibet meditatione aliquam semper acquirere uirtutem debemus: ut ex hoc uidelicet de bonitate illius patriæ superioris debemus acquirere uirtutem hanc ut mortem non solum fortiter feramus & patienter cum uenerit hora nostra: aut si pro fide christi nobis obeunda sit. Sed ultro et eam appetamus cupientes. Lex hac ualle miseriæ: discedere ut in illa felici patria cum deo & sanctis eius regnemus. Cū ergo iustus descripsit statum suum qui totus est in effectu erga deum & diuina despicitque ex alto statum hominum malorum: & dicit.

MULTIPlicatæ sunt infirmitates eorum postea accelerauerunt.

Per infirmitates autem intelligit idola: & ita habet textus hebræus: sicut. n. bonus unum habet deum quem colit / ita mali multos habent deos & idola: quia multas. s. uoluptates: multa desideria uana / passiones diuersas quibus seruiunt: ideo autem multas querunt uoluptates quia nullā inueniunt quæ eos quietet: & ideo in circuitu imperiū ambulant: & subdit postea acclamauerunt quia. s. post sua desideria præcipites ruunt & inconsiderate: unde edocemur ut nō minus ipsi celeriter curremus ad uirtutes quā ipsi currant ad uitium: nec domino nostro minus diligenter ipsi seruiamus quā ipsi seruiet dñō suo diabolo. Iustus autē considerans statū malorū pponit firmiter laqueum ad nos semper debemus facere / nullo mō uelle eos sequi & dicit eorū per labia mea.

Mos idolatrarum

NON cōgregabo cōuenticulā eorū de sanguinibus: nec memor ero nominum. Dicit autē de sanguinibus: tum quia idolatræ solebant collecto sanguine uictimarū circa eum suas agere caerimonias: tum quia tota uita malorum relicta ratione sensualitatem sequitur quæ in sanguine sita est. Dixit autem quod nō solum uult sacrificare idolis: sed nec nominare eas quod tantū dici & fieri potest ostēdens per hoc quod nō solum homo perfectus debet abstinere ab illicitis uoluptatibus sed etiam a licitis ut magis totus feratur in cælum / & contemplationi diuinorum purius uacet: & quia aliquis posset credere quod esset stultitia priuare se omni uoluptate subdit.

DOMinus pars hereditatis meæ: et Calicis mei.

Quasi dicat non mireris si omnia alia relinquo / ut deum possideam in quo etiam alia denique bona possidentur: debet hæc esse uox cuiuslibet boni christiani: Dominus pars hereditatis meæ: quia nos christiani quibus deus ipse pro hereditate promittitur: debemus erubescere aliquid præter ipsum desiderare: & quia posset uideri alicui præsumptio audere hæc sibi promittere idem subdit.

TV es qui restitues hereditatem meam mihi.

Quasi dicat domine deus meus bene scio quod cum nihil sim respectu tuū uiribus meis: is non possum ascendere ad te possidendum. Sed tu es qui trahes me ad te per gratiam tuā & tu es qui te ipsum dabis mihi possidendum: consideret deinde iustus quanta sit hæc felicitas ut ei deus pro hereditate contingeret subdit.

**Antiquorum fortis-
legia**

FVnes cæciderunt mihi in præclaris.

Partes enim & sortes antiquitus per funes diuidebantur. & quoniam multi sunt qui licet ad hanc felicitatem sint uocati sicut sunt omnes christiani / ipsam tamen nihil faciunt utpote pro leui sæpe uoluptate commutant: ideo subdit.

ET ENIM hereditas mea præclara est mihi.

Quasi dicat

PSALMI .XV. DAVIDIS

Quasi dicat sicut ipsa ē praeclara ita ego eam praeclara reputo: & oīa alia respectu eius ut dicebat Paulus: sicut stercora reputo: quā autem habere hoc lumen intellectu: ut homo cognoscat felicitatem sibi a deo datam donum dei: & ideo subdit.

Benedicam dominum qui tribuit mihi intellectum.

Quoniam autē saepe homo iudicat secundum rationē seruire deo: sensualitas autē & caro repugnat: tunc autē hō pfectus est: ut non solum aīa eius sed & caro in deū ferūtur iuxta illud: Cor meū & caro mea exultauerunt in deum uiuum: ideo subdit.

In super et usq; ad noctem increpuerunt me renes mei.

Idest renes ipsi in quibus maxima solet esse inclinatio ad cōcupiscentiā nō solū inclinant me ad malum: sed potius increpant: hoc est retrahunt etiā usq; ad noctem. i. e. usq; ut etiam ipsi ultro proprium corpus affligant. Afflictio enim saepe per noctē solet designari: ostendit deinde quā sit radix tantae priuationis: & dicit.

Dominum prouidebam in conspectu meo semper.

Nam si quis deum semper haberet ante oculos pro regula omnium operationum suarum: & in omnibus operationibus suis: nec propriam utilitatem: nec gloriam: nec uoluptatem quēreret: sed solum ut deo placeret breui pfectus euaderet & qui ita agit semper in omnibus prosperatur: ideo dicit.

Quoniam ipse a dextris est mihi ne commouear.

Ostendit deinde quā sit felicitas iusti uiri: quia. s. erit in aeternum felix & in anima & in corpore: ideo subdit propter hanc.

Propter hoc letandum est cor meum & exultauit lingua mea.

Idest anima mea letata est sciens post mortem sibi caelum esse paratum.

In super & caro mea requiescet in spe.

Idest quāuis ipsa nō latet: quasi acceptura statim post mortem statum suum: res quiescit: tamen in sepultura cum hac spe q. resurget in die iudicii cum anima sua in mortalis & splendidissima. & hoc totum declarat in sequenti uersiculo: nam quia dixerat q. anima letabatur: subdit rationem.

Quia non derelinques animam in inferno.

Et quia dixerat q. caro requiescebat in spe: subdit rationem dicens.

Non dabis sanctum tuum uidere corruptionem.

Quia siue & q. fuit corruptibile resurget incorruptibile: & quia Christus fuit primus qui intrauit paradysum: & nobis uitā aperuit: & fuit primus qui resurrexit: & resurrectio eius est cā nostrae resurrectionis: ideo ista quae diximus de resurrectione principaliter de christi intelliguntur: sicut declarauit Petrus apostolus & secundario intelligi possunt de nobis in quantum sumus membra christi: qui solus non uidit corruptionem: quia corpus eius in sepulchro putrefactū non fuit: quoniam igitur uia benedicti ducit nos ad perpetuam uitam animae & corporis: ideo subdit.

Notasti mihi fecisti uiam uitae.

Et quia tota felicitas huius uitae consistit in apta uisione & fruitione dei: ideo subdit.

Adimplebis me letitia cum uultu tuo.

Et quia felicitas in aeternum durabit: ideo subdit.

Delectationes in dextera tua usq; in finem.

Dicit autem in dextera tua: quia felicitas nostra completur in uisione & fruitione humanitatis christi qui sedet in dextera maiestatis in excelsis: iuxta illud Ioannis. Hae est uita aeterna ut uideamus deum & quem misisti Iesum christum. **Finis.**

Ex epistola Hermolai Barbari ad Ioannem Picum.



Præclare & plane diuinum ingenium tuum Pice: qui cum optima sint ea quæ tu scribis: ita tamen exprimas & effingas aliena quæ sunt pessima ut uideantur esse tua: quæ sunt optima: nam demittere se ac descendere pluris esse deputo: quam in ardua conari: ut eni sit hoc honestius illud certe laboriosius & operæ maioris. proinde siue tu talia credis esse nostra: quibus imitandis operam impendas: siue hoc agis demerendi mei causa: utroq; modo tibi plurimum debeo: relaturus aliquando gratiam nolo dicere cum potero (nunq; enim potero) sed cum tu ipse uel tui posse me putabis. Tanta enim est familiæ totius uestræ bonitas & humanitas ut beneficium (q; non est) imputare pro beneficio soleatis. Quæ ob rem ex usu meo fecero si uobis & modum & tempus reposcenda gratiæ reliquæ ro ut in expunctione rationum paralogismus omnis & in postura non a me sed a uobis tota proficiscatur. Quæ uero de ratione studiorum tuorum si te scripsisti & communicanda mecum esse uoluisti maxima uoluptate nos affecerunt. Gratulatus sum huic sæculo uirum tanta doctrina ut nihil fere nescias: tanta cura ut nihil omnino scire uideatur. uideo te Poetam egregium: oratorem eminentissimum. Animaduerto te philosophum prius Aristotelicum. nunc & Platonium esse factum: uideo litteras græcas: q; in te solæ desiderari poterant: & line qbus nihil eras futurus non didicisse modos sed haussisse: idq; facilitate tanta celeritateq; ut litteras græcas ignorasse aliquando te neq; tu memineras neq; persuadere possis alios: id q; de Hiero. Donato meos non plus libenter q; uere prædico. Hortarer te ad has litteras uti eam plane familiariter q; latinas teneres: sed non indiges calcaribus: & reliqua.

Ex alia Eiusdem ad eundem.

IAM cum ipse in quodam litterarum ad te mearum angulo. quasi aliud agens & in transcurso philosophos æui nostri barbaros infectatus es: item: qbus te quoq; infectum esse factum & nunciū remississe scribere: occasione hinc abrepta litæ & controuersiam ueterem inter nos & illos de genere dicendi philosophorum multis milibus uersuum cōprehensam & explicatā: opus elegans/eruditū elaboratū: ad nos misisti: perfectū celeritate tanta: ut nisi qui opes ingemii tui perfectissimas habebat crediturus fueri/paratū fuisse tibi pridē hoc argumentū ut ad primā quāq; occasionē proferre posses. Sed ut ea mihi res & festiuior & iucundior eueniret. homo lepidissimus/humanissimus/latinissimus/barbarus contra barbarū defendis: ut hostis pro hoste: socius contra socium ipse contra te ipsum/stare/patrocipatiq; similes & reliqua.

Ex eadem inferius.

MODO si quis est illo gregre: qui possit ea capere: quæ dixisti tanto cultu prædita/tot luminibus/tot emblematis oculos ad euptimum stringentia. Adde tot sententias prurientes/tam multas historias & exempla remotioris doctrinæ quasi flosculos & omnino ad quæ si qui sunt ex illis paulominus asini uolebam dicere & uocor aurículas tantum moueat. ceteri diffugiunt/relepuunt/detestantur/& reliqua.

Ex alia eiusdem

SALVE accepi librum Pici de septem dierum enarratione cuius item exemplar non pridem ad me miserat Iacobus uolateranus summi Pontificis nūcina. percurri opus quoad licuit/inter æstū & puluerem. Digna diuino & admirabili ingenio factura sane leges & materia operis tumultuariam & ad præsens cōparatam sententias non exposcit

EVLOGIA

expolcit. Sed simul dici potest picum docti/eloquentis & christianis/omnia se a te affecutū esse fere prodigium est: debeo tibi plurimum.

Ex alia Eiusdem ad eundem.

QVAMquam has ipse epistolas tuas amo q̄ fluunt q̄ affectatae non sunt q̄ curam non dico non norunt sed respuunt hoc est de cōposito non recipiunt & accedentē inferriq̄ cupientē excludunt ita ut diligentiae quidē sint penitus in iis uestigia: sed repressae quodāmodo & repudiatæ: non sum tam solers ut introspicere possum ingenium tuum: extimareq̄ magnitudinē eius atq̄ fecunditatem illud uidere uideor nec fortasse fallor quo dirigas colliniesq̄ itē quo euasurus sis & quidē paulo mox. Indole ista tua nihil est liberalius: nihil risibilius: & semel dicatur uel durius: eule nihil expromittentius: si modo indoles appellanda est. quæ fructus ediderit ne maturis quidē ætatibus & doctrinæ quāuis exercitatae despiciendos. Age quātus ut audio: in poeticam spiritus: quæ felicitas: qui nervi quāta demum in omni uel præcipue litterarū actu nobilitas/atq̄ splendor. Quid cum agis p̄hum: quæ memoria/quāta subtilitas: quæ celeritas animi cū totius corporis uigore cōsentientes: sed rapior tamen in laudes tuas ingratis/immo uero per lubens id. n. quisq̄ nult maxime q̄ inuictum & reluctantem quoq̄ ui conuertit ad se. Dabitur si modo is tibi ambitus laudari a parum doctis. dabitur profecto tempus accōmodatum magis ad hoc officii. Nunc uenio ad id & reliqua.

Ex Epī. Angeli Politiani Alo. Picum de lite Hermolai.

QVOcirca tu mihi nūc ad cūdu mi Pice doctior: oīum doctissimus non qdē ut index sed arbiter honorarius: q̄ uidelicet inter amicos disceptātes litem dirimas.

Ex prohemio Miscellaneorum eiusdem.

DE isto. n. præcunctis admirando/nō Pico iam sed (ut ipse appellare soleo) phœnice potius qui nunc in tua laura nidificat tanta mea quidem expectatio est ut ausim propterea succinere: Cedite romani scriptores cedite grai.

Ex Cap. eiusdem operis. XIII.

UT idem & comparat & ostendit Ioannes Picus Miran. meus unus omnium profusus ab omni parte beatissimus in opere singulari atq̄ admirando. quo psalmus a septuaginta uersus isto notarum præcipue argumento docet hebraicæ ueritati respondere. Ne iam in salutare iudæus aut oblicere possit ea nos in templo lingulis canere horis quæ ne ipsi quidem satis uerba fideliter existimemus.

Ex Cap. eiusdem. LXXX.

QVALIS est uem Ioannes Picus hic meus emirandulanis principibus/absolutissimū naturæ opus/a quo p̄b̄a latine iā meditas loq̄. sūmū puto fastigiū accipiet.

Ex Cap. eiusdem. LXXXVIII.

PERCVRIMVS aliquando ego & Picus hic Miran. nunquā satis homo laudatus sub oīis horis antiquæ et recentis instrumentis sacri ueteris/graecos maxime. Diodorum Philonem Genadium: Aquilam: Origenem: Basilium: Dydimum: Isidorum: Apollinarem: Seuerianum/ alios id genus compluris/ quorum ille sicutiq̄ latinorum sententias omnes/quam diligentissime cum iudeorum & chaldæorum interpretū cōferens opinionibus/nihil nō euētilat & pensiculat: unde mō aut ueritas elicitur aut obscuritas tollitur roborari fides: aut refelli possit impietas.

Ex peroratione Eiusdem operis.

DONEC reuersus est in hanc urbem maxime Laurentii Medicis cum beniuolē

tratum. uirtutis & ingenii similitudine allectus princeps hic nobilissimus Lo. Picus Mirā. uir unus an heros potius omnibus fortune/corporis/animiq; dotibus cumulatissimus utpote forma pene domina iuuenis & eminenti corporis maiestate: perspicacissimo ingenio/memoria singulari/studio infatigabili tum luculenta perpolitāq; facundia/dubium uero iudicio mirabilior an moribus iam idem philosophiā totis consultissimus etiam quam uaria linguarum litteratura/rationibus honestis/actibus supra uerifidem munitus atq; instructus deniq; ut semel complectar nullo non preconio maior &c.

Ex scdo Comē. Philippi Beroaldi in pperitiū sup uersum Nō tot Achemeniis.

SVSApro ethrusca scriptum legi in Codice Io. Pici Mirā. qui uir est seculorum memoria dignus qui multi iugis disciplinis p̄ditus. exornat ætatis nostræ gloriā cui accommodari potest: illud qđ de Varrone scripsit Terentianus. Vir doctissimus undecunq; Picus: qui te Mine mi/utpote eruditum eruditissimus/nobilem nobilissimus non solum diligit sed uehementer amat: qui de te honorifice loquitur/ & optime sentit. hic post seueriora studia in propertii lectione tanquam amoenissimo diuersorio requiescere consueuit/ & mihi hunc locum ita legenti adstipulatus: ostēditq; in suo codice sua scriptum esse non ethrusca: &c.

Ex libro Ioannis Abbatis spanemenis.

IOANNES Picus natione Italus/comes Mirandulæ/ & Concordiæ dominus: uir omnis bonæ litteraturæ studiosissimus/ & sicut præclaro sanguine ita diuino admodum ingenio nobilissimus: magna familiæ omnigenum artium stipatus caterua: dignus & optime meritis: cuius profectionem musæ sequuntur: doctissimus nostra ætatis philosophus est atq; disputator acerrimus. Scripsit stilo elegantissimo nonnulla: quæ ætas nostra tum comprobare tum uel maxime admirari habebit: quibus nominis & gloriæ suæ memoriā non indigne sempiternam reddidit.

Ex prohemio libri recuperationum Matthei Bosli.

CVMeodem ipso politiano nec innitus legit semel & pluries ad calcem usq; insignis & clarissimus Lo. Miran. cuius ingenium super humana omnisfariamq; doctrinam omnes obstupescunt: & a cuius integritate animiq; nitore omnis abest halucination palpanq; confessio.

Ex Epi. Iacobi Antiquarii ad Angelum Politianum.

NOLI igitur longi incubatus sectura nos in expectatione macerare sed accepto in tui nominis securitatem sponfore Pico: cuius tota uita gloriarum plena est: a quo in amicorum gregem pro te receptum iri omnibus uotis expeto: cuius uestigia semper adoro: quicquid ex altitum cohorte dominali scilicet spectandum/legendum/ediscendum emittas detenturus eos omnis in fidibus tuis: qui aliquo uirtutū simulachro aut harmonia ducuntur.

Ex Compendio reuelationum Fratris Hieronymi Sauonarolæ.

COMES Ioannes Mirandulanus uir temporibus nostris ingenio & multiplici doctrina singulari

FINIS.

PROOEMIUM OPERIS DISPUTATIONVM CONTRA ASTRO.

IOANNIS PICI MIRANDVLAE CONCORDIAE COMITIS IN
DISPUTATIONES ADVERSVS ASTROLOGOS. PROOEMIUM.



Omerus atq; Cæcilius antiquissimi uates pessimos eē prædi
cāt inimicos/q; sub amicorū specie nos circūueniunt. Quæ
inīa nulla uerior dicī nulla salubrior præcipi p̄t. Quāq; qd
egem⁹ testimonio poetarū: cū diuina nos ueritas uitæ mo
rūq; magistra/sub ouīū pelle lupos euitari:& ne de facie iu
dicaremus admonuit. Si qdē hoc unū inimicorū genus qd
nec auerti/nec euertere possis:qdq; supare ipsi nō uolum⁹:sed
occurrimus:ultero exosculamur:excipimus & ab illo cōtra
nos ipsos:nō cōtra illud ut oportuit stamus:qd sane præsti
giū qā magno cōstat:& altius itrospiciendū:& diutius exa

Homerus
Cæcilius

minādū:nec temere admitti:nec statī p̄ligari debet. Vbi uero detecta fallacia ē:tā
to acrius explodendū:q̄to tectius ad p̄niciē sub prætextu bñficētiæ illabebat. Nec
minus mala putāda sunt quæ iō nō uidet eē pessima:qā bonis iterdū sint admixtas:
cū tāto noceāt exitialius:q̄to p̄ specie admixtionēq; boni cū facilius admittunt/tū
admissa qd semel iuasere:tenacius occupāt:retinēq; potētius. Quo pacto si cū me
ro uenenū p̄pinet:q̄q; sua natura saluberrimū merū ē:attē ueneni malitiā illā tum
suo sapore dissimulat:tū uigore ad uenas & itimius adigit & celerius. Est at hoc ob
seruādū cū i oī uitatū in artibus maxime & disciplinis/q̄rū illæ p̄niciosissime / quæ
præstigia cū sint aut alio genere uanitates:ita tñ mēdacio lenociniū aliqd præte
rūt:ut scīæ uel artis nomē sibi uēdicauerint. Siue illud captatum ab antiquitate fictis
auctoribus lenociniū/siue a magnis p̄missis illecebra curiositatis & cupiditatis hu
manæ. Siue ab aliquo fūco specierū p̄bilitatis:cū iterdū sint falsa p̄babilia ue
ris Aristotele teste:præfertū nō itrospēcta nec explorata populo præfertū & multi
tudini/cui p̄priū errare decipi q; semp fuit:& nihil sapere. Quid at exitialius:qd in
expugnabilius:q̄ cū titulo sapiētiæ ipse se nobis error insinuat:ut qd ille dixit opam
demus/ut cū rōne isaniamus. Nō aliud hoc q̄ cōsiliū & mētē/cuius sola uis abigēde
fallitati nobis inara ē:missam facere:ut mēdaciū ipsius & testimonio honestius/&
præte robustius/& præsidio munitius euadat. Porro nulli spes ultra ad sanitatē / cū
natura ipsa adiuuat morbū. Hoc at ut dudū dicebā:uenit p̄ isaniā:quæ sub specie
uel artis uel scīæ populo se circūfert & uēditatō iō minus isana/q; sapiētiā summa
ente mētē:sed quo fallacior eo p̄ditior. Quēadmodū apud medicos/nulli delirāt
ut sic dicā delirātius q̄ q; delirio præferūt uultū seriū. Est at hæc p̄pria labes oīum
supstitionū:q̄rū nō alia p̄fessio q̄ præcepta tradere insaniēdi. Sed in primis hūc sibi
titulū uēdicauit astrologia:sicut & iter ipsas supstitiones q̄rū m̄f alūbaq; merito exi
stimat:obtinēt principatū. Astrologiā uero cū dico nō eā itelligo quæ syderū mo
les & motus mathematica rōne mētē:artē certā & nobilē & suis meritis honestissi
mā/auctoritateq; hoīum doctissimorū maxime cōprobatā. Sed quæ de syderibus
euctura p̄nūc iat fraudē mercenariæ mēdacitatis/legibus iterdictā & ciuilibus &
pōtificiis humana curiositate retētā/irrisam a p̄his/cultā a circulatoribus / optimo
cuiq; prudētissimorū suspectā/cuius olim p̄fessores gētilitio uocabulo Chaldei uel
ab ipsa p̄fessione genethiaci dicebant:mox ut noīs cōmuniōne honestarent:ma
thematicos se dixerūt & astrologos:q̄si hæc quoq; de liberalibus disciplinis una so

Aristoteles

Dictorū
solutio
Astrolo
gia distin
ctio

Eius pro
fessores

PROOEMIUM

retinere de syderibus cū rōne loq̄ret̄: hoc se t̄m discrimine separās ab illa uera ma-
 thematicā/ut illi astronomiā/ipli astrologiā nomē dare: nimis inprobo zelo alie-
 ni tituli suadēdi: siquidē astrologia alterius artis nomē ut declarabimus ipsam uero
 diuinatricē semp hoc ambitu laborātē: ut nominari uellet ab astris: nō altero mō: sed
 utroq; cognomēto dignabimur: & ad illius de motu syderū tractātis æmulationē
 p̄ astrologiā astrologiā/ p̄ astronomiā astronomiā satis cōgrue satis p̄ merito nūcu-
 pabimus. De qua utcūq; de noīe decidatur: ego quidē cū rōnibus nixus: tū prāui-
 diciis hoīum sapientissimorū nihil dubitauerim affirmare/ nō esse inter artes prāsti-
 giosas: quā aut plus fallat credulos & imperitos: aut quā persuasilis fallēdo plus no-
 ceat: tāto reliquis superstitionibus exitialis: q̄to proprius accedere uisa ad uerita-
 tē. Nā ille quidē in prima facie notas suā dementiā leuitatisq; prāferentes uix cui
 q̄ imponūt prāterq; penitus exoculato: hāc in sinu habens & in prācordiis alēs in
 sania: prēfert speciem habitūq; sapientiā: ut si eminus inspectes uel p̄ transennā for-
 ma capiaris/ si cominus admoueris oculū exploratorē ipsam uideas umbrā aut q̄si-
 taruam: & sub aperta luce fallaciā tenebrarū abomineris. Ita est certe ita p̄ rōnes ma-
 nifestissimas luce clarius fiet/ nullā esse maiore fallaciā/ nullā pernitioliorē: osten-
 tat procul cælum & planetas uñ facile credas in tam sublimi tam lucido spectaculo
 nihil nō posse uerissime prāuideri. Mox ubi attentius cōsideraueris uides & sub-
 lime adeo esse speculū ut imagines illuc terrenarū regū nō alcendant: & ita lucidum
 ut ad eius fulgorē nr̄a calliget infirmitas: tum proprius cū accesseris uidebis intex-
 tas illius peplo/ pro cælestibus portentuosas effigies & stellas in animalia trāstora
 matas/ & plenū fabulis cælū/ immo pro uero cælo cōmentitiū/ cælum nō factum a
 deo sed ab astrologis fictū: sic instructa uidetur omni firmamento dogmatis coma-
 probatis: quā simul & libros circumferat magnis nominibus prātulatos: & ratio-
 nes tam multas decretorum suorum & prāter rationem experimenta tam diuturnā
 nis obseruationibus/ tam diligentibus annotamentis corroborata: tum ab usu tot
 sæculorum & tam multarum ætatum approbatione recepta. Mirum quam per ca-
 ligines istas & nebulas oculis imperitia offensis & speciosam & uenerabilem & se-
 rie plenam auctoritatis imaginem sui repræsentat. Quas ubi tenebras & prāstigia
 radio rationis & diligenti tractatione discusseris/ uidebis in illis libris nihil esse li-
 bratum: in auctoribus nullam auctoritatem: in rationibus nihil rationale: in expe-
 rimentis nihil consonum: nihil constans: nihil uerum: nihil credibile: nihil solidum
 sed pugnantia inuicem: falsa: inania: ridicula: ut uix credas qui scripserunt fidem ada-
 hibuisse his quā scribebant. Quod uero spectat ad uanitatem non inuenias temer-
 re quā plus spei proponat suis aurariis quā maiora desiderabilia promittat. Pra-
 dentia se faciat conseruatricem: cuius de futuris coniecturam certa prācognitio-
 ne stabiliat: sed & philosophiā cuius maxima pars quā de cælis ut isti uolunt/ per
 cæli influentiā ad liquidum absoluitur. De medicina non attinet dicere: de nau-
 tica: de agricultura: dum non solum futura prānūciat his: sed & uires cælorum ad
 terrena deducit: unde omnium artium opera efficacissime: unde omnium artium ma-
 gistri quod uolunt facile consequantur: & hāc quidem ueteribus: sed etiam neot-
 thericis persuasit religioni/ si diis placet cum uniuersarum christianarū plurimum
 conferre auctoritatis & emolumenti: & ut semel dicatur imitata suum magistrum:
 & regna mundi adorantibus se promittit: & suum lignum gustantibus æmulationē
 diuinitatis boni maliq; cognitionem. Quā non modo ullis ut pollicetur uitæ
 usibus commoda

qua de re
 prā cæte-
 ris higin-
 signa gra-
 iorū fabu-
 lis ostēdit

PROOEMIUM OPERIS DISPUTATIONVM CONTRA ASTRO.

usibus cōmoda sit sed fraus est oīum pestilentissima/siquidem illa ipsa est: ut demōstrabimus: quæ p̄uā omnem corrumpit: medicinā adulterat: religionem infirmat: superstitiones parit aut roborat: idolatriā fouet: prudētiā aufert: polluit moras: æt lum infamat: hoīes miseros/anxios/inquietos/& de liberis seruos: & in rebus pene agendis oībus plane facit infortunatos. Quod cū ego exploratū habere mihi uiderer atq; cōpertū: putaui piaculū me facturū nulla uictima expiandū/si tacerē/si dissimularem: nec uel penitus pro uirili uenenū: hoc de credulorū manibus extorqueretentarem/hac præsertim ætate qua si qñ alias/ad hāc fraudē oīs ætas & ordo sex usq; calligat. Est at tanto magis pro ueritate pugnandū quanto plures habere cognoscitur oppugnatores: siquidem ut prodesse oībus/ita placere tantūmodo bonis desideramus: nec iudiciū multitudinis fidem habet: ubi contra stat ratio consensusq; doctorum: nec nos auram spectamus popularem: sed lucem ueritatis & publicam utilitatem.

Prooemium finit.

Ioannes Franciscus Picus Mirandula Sacratissimo Patri Oliuero Carafæ episcopo Sabinensi/Cardinaliq; Neapolitano. S.



Pollonium thyanzum p̄ amplissime/dum ob litteras capeffendas peregrinationē illam a Philostrato postea celebratā suscepturus esset/opasse legimus: ut uiros bonos & inueniret & agnosceret: idq; etiam a sole cōcessum iri sibi multis precibus experiuisset: Quod quidem uotū citra culpam nō latuēdari magnope nō pōt: sicut ip̄a ad solem deprecatio nō aīturari hoc. n. uulgus in eruditū & rude cōgenito ueritatis noscendæ lumine/passim prædicat/ut ualidissimas omittam rōnes & diuinorū eloquiorū testimonia. At si optūm est id mutem efflagitandūq; adeo optimo maximo/illis p̄culdubio summo opere lætandum est: quibus nō mō obtigerit bonos agnoscere: sed echos ipsos & in p̄pria familia & sanguinis sibi nexu deuictos/reperire potius q̄ inuenire/indeq; aliquē eorū fructuū cōsequos bonorū parit amicitia: Quæ mihi diuina beneficentia tuenisse neq; inficias eo neq; dissimulo cū Ioannē Picum Mirandulam Galeotti patriæ fratrem hominē profecto dignum/quem Apollonius trās Caucasum & Brachmanas sed & ad usq; aduersum orbem aude rimaretur: intra parietes domesticos compererim: multiq; ab eo beneficiis cumulatus extiterim. Huic ego nobiscū degēti dum par pari referendū esse quo ad possem iudicauissem: Eo magis defuncto censui debere repēdi suscepta officia/quod cū eius gloria & studiorū perichitabatur utilitas: & nō mediocrem ecclesia pariebatur iacturam. Quāobrem pro eo quæpiam neoscelmet mandauit litteris: ipsiusq; opera diuturna & anxia uestigatione nobis ascita in multa exemplaria transfundenda curauit/laboratū aut mihi summope est in reparandis libris oēm diuinatricem astrologiam funditus eruentibus: quādoq; dem eiusmodi characteribus delineati erant (qui erat homini mos) ob scribendi dictandiq; uelocitatē ut cuiusvis alterius linguæ q̄ latinæ speciem præferre uiderentur: tot inter hūc litteris ut nō facile inter/nosceretur quid pro dispuñcto/qd pro emēdato haberi deberet: tot præterea partibus lancinati discerptiq; ut uix ab auctore ipso exscribi posse iudicaret: hos ego libros (si nō magis thesauri q̄ libri) ueluti rediuiuos a nobisq; nuprime ab interitu reuocatos cum cui destinare inscribereq; deberem diu mecum cogitassem occurristi tu mihi præsul sacratissime a quo digredi nullatenus ualui. Nā cui & cō

gruentius & honestius quam tibi/doctissimi hominis eiusdemq; consanguinei litte-
 raria monumenta dedicare potui? & illa potissimum: quæ nostræ christianæ reli-
 gioni aduersos errores refellunt eum & litteris polleas: & ob Ioannem Thomam
 Carasam Magdaloni comitem locerum meum: cui arctissima cognatione deuinci-
 ris: sis etiam mihi hæc essitudine coniunctus: atq; eam inter ipsius religionis homi-
 nes geras personam quæ sit proxima supremæ. Ea igitur uolenter suscipe: & cum a
 maximis uersandis negociis aliquid ocii suffuraberis perlegas obsecro: in ipsa le-
 ctione simul cogniturus simul gauisurus artem illam astrologicam: siue (ut loquar
 rectius) pestem quæ iam truci elata rabie quâquam subdola frôte uirus insimulâs
 in istum exitiû debacchabat ipsius Ioannis Pici patruî opè ualidissime extinctam.
 Vale pater amplissime. Mirandula. iiii. Kal. Iulias.

Ioannes Franciscus Picus Mirandula ueritatis amatoribus.

A Maiores ueritatis gaudere nec non qui illustrandæ illius atq; amplifican-
 dæ desiderio insudatis/exhilatæ animos. En prodeunt in publicum di-
 sputationes Ioanis Pici Mirandulæ aduersus astrologos: & Pici illius cu-
 ius mentis sublimitatem cuius doctrinam omnigenam iam pene totus terrarum
 orbis obstupuit. Disputationes inquam quæ ueritatis olores atq; oppugnatores do-
 lere: & qui emungendæ pecuniæ gratia astrologicæ uanitati impendunt operam/
 aut elulare atq; diuimpi cogent aut errorem deferere. Nec solidam minuat lætiti-
 am: q; illæ morte nobis immatura sibi tarda uocatus ad deum: libros hosce nec ex-
 tremâ lima terferit atq; expolierit nec ultimum qui totius operis futurus erat epi-
 logus ad eandem abîncipide perduxerit: id forte deest ad operis exuberantius orna-
 tum: non ad lectorum perfectum emolumentum: & quâquam sanè alias ua-
 nitatem hæc & superstitionum omnium arbor ab prophetarum oraculis sit explo-
 sa & detestata/ab nostris theologis philosophisq; tum Græcis tum Latinis tum Bar-
 baris expilata frondibus/exhibitata atq; etiam securibus uel aliqua ex parte percul-
 sa. Siq; in imperatoris legibus pontificisq; sanctionibus radicibus eruta & lo-
 comorata tamen curioſitate: s; pius reportata est in pristinamq; foueam re-
 plantata/administrala & roborata: ita ut nunquam in totum eliminata & ad inter-
 nitionem usq; ualidissimis rationis instrumentis perducta fuerit: modo Picus no-
 ſter infaustam arborem a radice ad truncum/a trunco ad ramos: a ramis ad folia:
 torrentissimo igni uera philosophiæ uetæq; theologiæ propriisq; incomparabilis
 illius ingenii iuentia & meditati exustis penitus atq; redegit in cinerem: quæ adeo
 rapidissimo flammæ eloquentiæ disperſit: ut cuicumq; illius fautori prouectoriq; (nisi
 idem mentis emotæ fuerit) super illius exitio præ dolere conclamandû sit uel abie-
 cta spretaq; uanitate præ gaudio exultandum. Eia igitur litterati homines nationû
 omnium his rationibus animum armate his fulcite testimoniis cum humanis tum
 diuinis: quibus ueluti bipennibus ponderosissimis ac facibus ignitis excisæ atq; ex-
 tinctæ arboris germina: si qua forte intra terræ uiscera deliteſcentia male culti agri
 uitio repullularent/elidite/contentite/conuellite/exterminate.

TABVLA DISPVATIONVM

QVID IN VNOQ VOQ VE HORVM DVODECIM VOLVMI
NVM INSIT TABVLA SVMMATIM COLLECTA INCIPIT.



Primo præfatio: item astrologiam a philosophia: propheta
caesaribus: pontificibus esse damnatam: qualesq; fue-
rint/qui astrologica scripsere. **Homerus**

Secundo inutilitas: falsitas p[ro]fessionis in uniuersum: igno-
rantia & indiligentia p[ro]fessor[um] nostri t[em]poris: It[em] cur aliqu[od] ue-
ra prædicant: cum p[ro]fessio ipsa falsa sit. **Sed ne solum:**

Tertio rationes astrologiz ueritatem approbantes affe-
runt/postea diluunt & retorquent. **Soluimus:**

Quarto n[on] fieri a celo quæ credunt astrologi: it[em] quæ a
celo n[on] fiunt ab eo n[on] significari: & q[uest]iones seu inter[ro]gatiões e[ss]e ianes. **Noster hic:**

Quinto magni orbes: saturniæ reuolutiones: magnæ coniunctiones eliminan-
tur. **Sed multos:**

Sexto destruuntur domus: signa: aspectus: obfessiones: & cōbustiones: retrogrā-
dationes: caput & cauda draconis: antilia: præcipit[er]ia signa & obediētia. Exaltatio-
nes trigoni uel triplicitates: facies: terminis: dodi cat[er]a memoria: nouēna: monomiriaz:
graduum proprietates: partes: anni climaterici. **Excessimus:**

Septimo cōtinet[ur] / initia fati seu particularia / seu uniuersalis & uel hominis uel al-
terius cuiusq; rei: n[on] bene capis: item t[em]pus quo aliqd sit futurū / p[er] p[er]rā per directio-
nes: aut aliā uia definiri: multiplexq; error in stellis fixis. **Hactenus:**

Octauo / incertū e[st] nūc[us] spha[er]ar[um] & q[ui]d q[ui]d statuant certū e[ss]e errorē astrologor[um]
It[em] de erratis sup[er] differētia imaginū & signor[um] it[em] d[icitur] imaginib[us] inuicibilib[us]. **Inter oia**

Nono cōtinet[ur] de incertitudinis natalis h[or]æ / ac alior[um] initior[um] / deq; erratis diu[er]sio-
nis domor[um] / signor[um] / locor[um] / pl[ur]imar[um] mor[um]. viii. orbis & directionū. **Demonstrati**

Decimo rōnes astrologor[um] q[ui]bus sua roborare dogmata satagunt: ad q[ui]q; redi-
gunt genera: hæc q[ui] oēs o[mn]iunt inefficaces e[ss]e / sup[er]q; deridicula. **Multis iam**

Vndecimo / n[on] posse per experientiam haberi: aut si qua cōparari possit experiē-
tia nondum illam esse habitam. **Si naturam**

Duodecimo non esse habitam p[er] reuelationem: item ubi nata / aucta / alta: & quo
modo propagata. **Si fabulamentis**

Tabula capitum Duodecim librorum.

Primus liber n[on] est in capita plura distinctus: sed unico capite / auctoritate philoso-
phor[um] / prophetar[um] / caesar[um] / atq; pontificum astrologiam deiicit.

Sec[un]do libro cōtinet[ur] / inutilitas & falsitas p[ro]fessionis: ignorantia & indiligētia p[ro]fessorum.

Caput primum Incertam esse artem istam iudicio. etiam principium illius.

Caput .ii. Auspicationes quas electiones dicunt inutiles esse testimonio unius
astrologi ratione & experientia.

Caput .iii. N[on] esse utilem astrologiā in decernēdo q[ui]d sit agēdū q[ui]d fugiendū.

Caput .iiii. N[on] e[ss]e astro. religioni utilē: q[ui]d R. og. Bac. & Pe. Alliac. existimarūt.

Caput .v. Quam noxia sit astrologia quāq; pestifera christianæ religioni.

Caput .vi. Fallacē e[ss]e hāc artē: si q[ui] sit tū p[er] plurimū p[er] discrepātes astro. Inias

Caput .vii. De ignorantia astrologorum nostræ ætatis.

Caput .viii. De indiligētia astrologorum nostræ ætatis quæ tanta ē / ut etiam si

ADVERSVS ASTROLOGOS

vera esset astrologia/ueti ipsi esse non possent.

Caput .ix. Raro euenire q̄ dicūt astro. qđ tū externis tū domesticis exēplis oñdis.

Caput .x. Cur astrologi aliquando uera prædicant.

Tertio libro continentur rationes astrologis fauentes & diluuntur.

Caput .i. Quid lib. præcedēti actū sit & quod deinceps agendum quoue ordine

Caput .ii. Quicunq; rationes quibus astrologia roborari posse uidetur.

Caput .iii. Retorquetur prima rō atq; ostenditur cælum causam esse uniuersalē neq; ad ipsam indiuiduorum uarietatem refefendam.

Caput .iiii. Cælum qualiter motu agar & lumine & elementorum metheorologorum mineralium uiuentiumq; uniuersalis causa sit.

Caput .v. Præter cōem mot' & lumis influētiā nullā uī cælestibus peculiarē scē.

Caput .vi. Lunæ lumen sicuti & solis uitale cēmentrumq; frigus aut humiditatē præterquam per accidens facere.

Caput .vii. Non posse defendi dogmata astrologorū ut putauit Auenazra si omnes stellæ ponuntur calidæ.

Caput .viii. Obiectio aduersus ea quæ dicta sunt.

Caput .ix. Soluitur obiectio atq; ostenditur/neq; específicas neq; indiuiduales rerum differentias a cæli motu pendere.

Caput .x. Stellas alias a sole & luna/aut nihil/aut certe parum in nos agere.

Caput .xi. Quo pacto stellæ eadem alias aliter in nos agere possint.

Caput .xii. Quæ effectuum uarietas in cælum redigi possit & quæ non.

Caput .xiii. Solem multa operari quæ ab aliis stellis fieri astrologi putant.

Caput .xiiii. Lunæ uis quō uariet' & dies quosdā lunæ citra supstitione obseruari.

Caput .xv. Aestus maris in aliam causam quam in lunam referri posse/ in quam tamen referantur nihil inde iuari astrologiam.

Caput .xvi. Galeni snia de crenicis diebus eos ad lunam referentis confutatur.

Caput .xvii. Periodos humorum ad syderum motus non esse referendos.

Caput .xviii. Infelicitatem octimestris partus saturno non esse ascribendam.

Caput .xix. Cur nautæ/medici/agricolæ/uera sæpius prædicant quam astrologi.

Caput .xx. Nō oīa quæ ab astrologis prædicūt de primis q̄litatibus depēdere.

Caput .xxi. Nec noxas elementorum/nec damna nostrorum corporū esse a cælo.

Caput .xxii. Ingenior' & mor' uarietate nō oīno pendere a primis qualitatibus.

Caput .xxiii. Neq; bella neq; externa a primis qualitatibus pendere.

Caput .xxiiii. Occultas uires cælestibus nō inesse per quas occultas inferiorum rerum proprietates producant sed calorem tantum lumenq; uiuificum.

Caput .xxv. Si sua cuiq; syderi & ppria uis cōcedatur esse tñ illam uniuersalem.

Caput .xxvi. Epilogus hui' li. cū reiectiōe q̄rūdā rōnū astro. i ipsos argumētates.

Caput .xxvii.

Quarto libro continetur de cæli efficientia & significatione.

Caput primū. Qui mos in disputando seruatus & deinceps seruādu: tum si detur astrologis quod maximum dant theologi/astrologiam tamen nihil esse.

Caput .ii. Fortuita a cælo non esse.

Caput .iii. Quomodo rerum fortuitarum causa sit deus: quomodo angeli/ quomodo cælum: quomodo nos: quomodo fortuna.

Caput .iiii. Ad cælum non esse referēdum si quid a nobis sit q; nostras uires excedere uideatur

ADVERSVS ASTROLOGOS

dere videatur sed potius vel ad angelos vel ad deum/atq; inibi de fato multa utq; diuina praeuidencia nostram libertatem non rollat.

Caput .v. Nec praeterita nec q̄ ad alios attingit posse ex aliq̄ cōstellatiōe p̄videri.

Caput .vi. Futura multo post tpe a praesenti constellatione effici non posse.

Caput .vii. De auspiciatōib⁹ q̄s electiōes dicūt q̄ uana & impossibilia sit astrol. insia.

Caput .viii. Astrologos mentem nostram caelo subicere quāquam ut sunt astu-
ti id dissimulare conentur.

Caput .ix. Mores hominum a caelo non fieri.

Caput .x. Malas leges sicuti nec bonas caelo non subiici.

Caput .xi. Corporeas dispositiones non effici a caelo.

Caput .xii. Non posse caelum eius rei signum esse cuius causa non sit.

Caput .xiii. Siue signa sint syderatūe causā/partem tamen astrologia quae ē de
interrogationibus nullam esse.

Caput .xiiii. Diuina miracula a caelo nec fieri/nec significari sed miracula mira-
culis/sicut naturalia naturalibus indicari.

Caput .xv. Per stellam magorum non posse constellationem aliquam intelligi
& declaratio q̄rūdā scripturaz q̄ iperitis possent uideri astrologia adstipulari.

Caput .xvi. Quae naturae vires supergrediuntur quantum ad id etiam quod in se
naturale continent a caelo significari non posse.

Quinto libro continetur confutatio earum constellationum quibus magna
rerum humanarum euenta adscribunt.

Caput primū. Decreta astrologorū circa magnas cōiunctiōes utiliter cōfutari & q̄
mēdaces sint deprehēsi q̄ de magnis isenoz rez mutatiōib⁹ p̄ eas uoluerūt indicari.

Caput .ii. Quibus uis astrologi de grandioribus rebus iudicium ferant magno
rumq; orbium reprobatio.

Caput .iii. Saturnias resolutiōes Aboasariuentū & historiis & rōni aduersari.

Ca.iiii. Ordo eorū q̄ dicēda sūt & desidētes astro.opiones circa magnas cōiunctiōes.

Caput .v. Planetas magnis cōiunctiōibus iunctos nō plus posse q̄ diuisos: magnas
q̄ istas coniunctiones nouum esse inuētum de malo Ptolomaei intellectu natū.

Caput .vi. Praecipuos astrologos mediū tēpos esse coniunctionibus non ueris-
tum alia errata illorum circa easdem.

Caput .vii. Quis ordo seruandus/& Alliacensem aliud alias sensisse.

Cap. viii. Tps rez nō ab astrologia/ut putauit Alliacēsis/ sed ab historia eē petēdū.

Ca. ix. Sūma insia Alliac. ili. quē de concordia astrologia & historia praetitulauit.

Caput .x. Errasse multifariam Alliacensem: & ut quacūq; supponit concedan-
tur/non tamen efficere eum quod uult.

Caput .xi. In diluuii cōiunctiōe tū iter se/tum a ueritate astrologos discrepal-
se atq; ut detur illis q̄quid petunt non tamen id eos probare quod contendunt.

Caput .xii. In Moysi cōiunctiōe & messia uaticinio q̄ delirus Abraā Iudeus.

Caput .xiii. Variis coniunctionibus mediū a uariis christianam legem ascribis
& absq; ratione etiam astrologica.

Caput .xiiii. Eam quae uulgo fertur ueram non esse Iesu genituram/nec ex ea in-
dicari illum/aut uiolentiā morte monitūrum/aut magnum esse prophetam.

Caput .xv. Quae de manumethe dixit Albuma. experimēto falsa esse deprehēta.

Cap. xvi. In antichristi uaticinio alios iā mēdaces appuisse/alios mēdaces futuros.

TABVLA DISPVATIONVM

Caput xvii. Quam leuiter probent astrologi sex tantum religiones esse posse: hebræorum legem ioniam potius uel solarem q̄ saturniam dici deberi.

Sexto libro continent confutatio ear̄ res; per quas uariari uolunt influxus.

Cap. primū. Quo ordine sit pcedendū i cōuelliēdis astrologos; fundamētis: itē fieri nō posse/ut aliq̄ ad eadem loca sydera oīa restituant in quibus semel fuerunt.

Caput ii. Per quas res astrologi uariari influxus syderum dicant & quam omni no illa in uniuersum absurda sint.

Caput iii. Domus astrologorum quam nullo nixæ fundamento: & quam in earum uiribus explicandis astrologi inter se pugnent.

Caput iiii. De duodecim signis q̄ ficta a mathematicis sint ad supputandī facilitatem: item circa eadem multipliciter astrologos aberrasse.

Caput v. Quæ sit astrologorum de aspectibus sententia/ & q̄ parum rationalis.

Caput vi. Variæ aspectuum rationes recitantur & confutantur.

Caput vii. Quid eos deceperit: nec de aspectibus experientiam habitam.

Caput viii. Quæ de obfessione dicuntur pugnare his quæ de aspectibus.

Caput ix. Planetas sub solis radiis constitutos nō male affici/ aut ut dicunt astrologi comburi.

Caput x. Si rationem atq̄ etiam quorundam astrologorum auctoritatem sequi uolumus planetas retrogradientes fortiores uideri quam directos.

Caput xi. Caput & eandem interfectiones esse imaginariarum circularum nulla naturali ui prædictorum/ quibus in prædicendo antiquiores uis non sunt: nec in eorum uiribus concordant receptiores.

Caput xii. Origo antiquiorum: neq̄ eis in præsagiendo usum Ptolemæum & quātum in his Materius & Haly aberrauerint.

Caput xiii. In præcipientibus & obediētibz signis pariter deceptos astrologos.

Caput xiiii. Confutatio rationum quas de planetarum exaltationibus quidam astrologi assignauere.

Caput xy. Rationes astrologorum de trigonis & trigonocratoribus: atq̄ obiter de signorum sexu confutantur.

Caput xvi. De faciebus/terminis/ dodecathemoriis/ Babyloniorum nouenniis monomiriis quam parum constent testimonio etiam ipsius Ptolemæi.

Caput xvii. De gradibus formineis/ lucidis/ tenebrosis: & aliis id genus q̄ eos cōtemperit Ptol. neq̄ in eis conueniant aliq̄ astrologi.

Caput xviii. Partes unde ortæ & quātū in eis dimetiēdis secū pugnent astrologi.

Caput xix. Dodecathemiorum sententia exploditur & auctores eorum ægyptii cum suis quoq̄ climatericis annis reiciuntur.

Septimo libro continetur de hora initiali directionibus & stellis fixis.

Caput primum. Quid hætenus disputatum: & quid in hoc libro disputandum.

Caput ii. Ambiguā esse horā fatālē/ si qua eēt in oībz rebus quæ nō memēto sed tpe absolunt: & in hoībz maxie in q̄bz genitura pax/ robori habere uidetur.

Caput iii. Ptolemæum plus conceptui quam genituræ tribuisse cui neq̄ aliquid tribuendum esse Ptolemæi ratio conuincit.

Caput iiii. Vniuersalia facta q̄bz uis astrologi uestigēt & q̄ parū rationalibus.

Caput v. Astrologum nō posse prædicere quā orbis regione fatum aliqd euenturum sit: quoniā incertū apud ipsos quæ cui signo uel planetæ regio subiaceat.

Caput vi.

ADVERSVS ASTRO.

- Caput .yi.** Non posse initiū unū cōstitui de quo totius anni pōdeāt fata tū varia
a variis anni statui p̄cipia & iuxta hebr̄eos annū potius autūno q̄ uere ichoare.
- Caput .yii.** De directionibus aliisq; modis quibus tempora futurorum definiūt
quam parum consentiant quāuē in his astrologi inter se discrepent.
- Caput .yiii.** Sicuti alciſcunt inefficacia/ita omittere necessaria & quantum errēt
de stellis fixis
- Caput .ix.** Dogmata astrologorū de stellis fixis pugnare tū inter se tū cū ueritate.
- Caput .x.** Falli ē astrologos i planetis repetitioq; eorū quā hactenus disputata.
Octauo libro continetur de numero sphararū/difference ntia imaginum & si
gnorum & imaginibus inuisibilibus.
- Caput .primū.** Incertum ēē numerum corporum superiorum/ penes quā iuxta
astrologos fati decernendi potestas est.
- Caput .ii.** Si supra octauam spharam alia sit fallax esse ueterem astrologiam si
nulla nouam: quā etiam si sit nona ruere omnino necesse esse.
- Caput .iii.** Differre imagines a lignis: q̄q; hominibus conueniunt.
- Caput .iiii.** Chaldeorū imagines mera esse signa quidq; ad eas fingendas illos
induxerit: atq; errorē artificiarum imaginum & alios plures inde pullulasse.
- Caput .v.** inuisibiles imagines neq; sensu neq; ratione cognita esse pugnareq; in
ter se earum auctores: qui non chaldæi aut indi/ sed arabes tantum fuisse.
- Caput .vi.** Nono libro continetur de incertitudine natalis horæ/ac aliorum initiorum: &
aliis erroribus astrologorum.
- Caput .primū.** Epithoma eorum quā hactenus confectæ: & quid sequentibus li
bris agendum unde q; auspiciandum.
- Caput .ii.** Astrologum certam genituræ horæ neq; semper scire posse neq; per
ueram regulam explorare.
- Caput .iii.** Ptolemæi dogma quod almufeli seu animodar uocant: & auctoritatib;
bus & rationibus confutatur.
- Caput .iiii.** Inuestigationem partium horoscopi per conceptum falso Ptolemæo
ab arabicis ascribi irrationalem esse & a multis astrologis reiectam.
- Caput .v.** Mesalæ significationum cum aliis quinque a Paulo Alexandrino recitatis ex
plorandi horoscopi modis refutatur.
- Caput .vi.** Initia urbium/regnorum factionum/ legum ignota esse/ nullamq; ar
tem astrologos tradidisse quā possint inuestigari.
- Caput .vii.** Incertum adhuc esse apud astrologos quomodo domus diuidendæ
quantum earum iures extendantur & quibus lignis utendum.
- Caput .viii.** Loca planetarum uerissime assequi sic laboriosissimum: deq; insu
mentorū fallacia.
- Caput .ix.** Variæ sententiæ de planetarum motibus/ anni inæqualitate & maxi
ma solis declinatione.
- Caput .x.** Vni gradus errorem: immo & solius minutia multos interdum erro
res parere nec per revolutiones uel annorum uel geniturarū/ aut per magnas
coniunctiones astrologum posse iudicare.
- Caput .xi.** Dissidentes sententiæ de motu octauæ orbis: distantia capitis arietis
octauæ a capite arietis nonæ & auge solis.
- Caput .xii.** De directionibus q̄ multiplices astrologorum sententiæ.

TABVLA DISPVTATIONVM

Decimo libro continetur cōfutatō rationum.

Caput primum Epilogus eorum quæ hæcenus contactæ & quid in sequentibus agendum sit libris.

Caput ii. Rationes astrologorum inanes esse & radículas.

Caput iii. Duplex principium quo astrologi decernūt quæ domus sit fortior/falsum esse utq; sit uerum: non tamen ex eo id colligi q; uolunt.

Caput iiii. Argumentationes Astrologorum quibus sua roborant dogmata ad quinq; fere genera redigi/infirma qdem & inefficacia.

Caput y. Rationes a parabolica similitudine ductæ: quibus domorum probat proprietates refelluntur.

Caput yi. Confutatō rationum Auerrodis de proprietatibus signorum: quæ a b ordine & consequentia signorum sumuntur.

Caput yii. Contra rationes eorūdem proprietatum quas Aboasfar ex ordine accipit planetarum.

Caput yiii. Gaudia planetarum cum domibus ruere.

Caput ix. Rationes Ptol. de planetarum domibus destruuntur.

Caput x. Facierum & finium rationes iam esse reprobata.

Caput xi. Quod cui membro signum dominetur uarie a uariis determinari & ab omnibus parum rationabiliter.

Caput xii. Rationes astrologorum quibus proprietates signis absolute conuenientes astruuntur: & quod de supradictis sint reiectæ.

